This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A 493251

Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford-Messer
Bequest



AS
182
.M96 1

MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN NONUM.

EDIDIT

ACAD. SCIENTIAR. MAXIMILIANEA.

MONACHII,
proſtat in Bibliopolio Elector. Academico.
MDCCLXVII.



PRÆFATIO.

Accipe Lector, die ſolenni Volumen nonum monumentorum noſtrorum, ante hos ſex menſes Tibi nunciatum, ipſumque voluminis decimi prænuncium.

145778

Producimus jam e tenebris tabulas *Schlehdorfenſes*, *Furſtenfeldenſes*, *Weihenſteffanenſes*, *Neocellenſes*: nullis aliis ſecundas, atque, ſive jura Bajoariæ noſtræ publica vel privata, ſive geſta nominaque maiorum requiras, ampliſſima Tibi ſubſidia ſuppeditaturas.

Uberrimam hanc meſſem colligendi facultatem otiumque nobis conceſſit rara humanitas virorum reverendiſſimorum INNOCENTII Schlehdorfenſis præpoſiti; MARTINI Furſtenfeldenſis, INNOCENTII Weihenſteffanenſis, ASCANII Neocellenſis Abbatum: cara nobis nomina, cariora olim futura poſteritati; quæ demum ſtudia noſtra, jam fere ſpreta, neglecta, ſummo loco habebit, nempe multa exinde edocta, quæ vulgus eruditorum noſtri temporis ſuperbum,

opero-

operoſe nugans, diſcere faſtidit, in patria hoſpes.

Tu vero Lector, quisquis es Muſarum noſtrarum cultor, fruere his, quas opes providentia *Optimi Principis* tibi paravit, Ipſique bene precatus vale ac fave.

Dab. Monachii, ipſo die votivo D. MAXIMILIANI, IV. Idus Octobr. A. R S. MDCCLXVII.

CONTINENTUR HOC VOLUMINE.

1. Monumenta Schlehdorfenſia pag. 1.
2. Monumenta Furſtenfeldenſia pag. 83.
3. Monumenta Weihenſteffanenſia pag. 343.
4. Monumenta Neocellenſia pag. 525.

MONUMENTA SCHLEHDORFENSIA.

PRÆFATIO.

Schlehdorf, nobile Canonicorum regularium D. Auguſtini monaſterium, lacui vallique Coveliacenſi ſublime imminens, ad quintum a Benedictiburo lapidem ſitum, Tetrarchiæ Monacenſi accenſetur.

Sacra Schlehdorfenſia, circa annum 755. primus *inſtauravit* ſodalibusque D. Benedicti procuranda commiſit Lantfridus, Buri, Weſſofontii aliorumque quatuor monaſteriorum, in primis Alpium Rhæticarum montanis, fundator atque Archimandrita. Tranſiit deinceps hoc aſceterium in clientelam Epiſcoporum Friſingenſium, quorum beneficio & autoritate monachi Scarantienſes, ex defertis Scyrorum, cum omni ſupellectile doteque ſua, in eandem cum Schlehdorfenſibus familiam an. 772. conceſ-

ſerunt. Sic ſtetit florultque res monaſterii ad decimum usque ſeculum adultum: quo Hungarorum gens barbara Bajoariam noſtram ferro incendiisque vaſtavit, & antiquiſſima quævis apud nos monaſteria evertit, deſtruxit. Deſtructum hoc furore Schlehdorfium, per ducentos fere annos jacuit deſolatum; Liberalitate Ottonis M. Friſingenſis antiſtitis, una cum Scheffilarienſi ac Schlierſeenſi cœnobiis reſtaurandum; jamque in Jura Canonicorum regularium transcribendum.

Neque vero poſt tantos hos caſus placatiorem fortunam habuit Canonia Schlehdorfenſis, incendiis, rapinis variisque diſcriminibus haud vice ſimplici ad incitas fere redacta. Supereſt tamen, graviſſimas tempeſtates eluctata, ſibi met ipſa ſuperſtes. Sed perierunt ſub ruinis ſuis chartæ antiquiores omnes, nec ullas modo ſervat membranas initia ſeculi XIV. ſuperantes. Hinc duximus officii eſſe noſtri, undiquaque congerere omnia, quæ primas antiquitates ejus illuſtrarent: mediæ vero ætatis recentiorisque monumenta R. Præpoſitus *Innocentius*, muſis amicus, eo animo nobiſcum communicavit, quem univerſis Bajoariæ Præſulibus, imis ſenſibus precamur.

Series

Series RR. Præpoſitorum Schlehtdorfenſium ex monumentis idoneis.

Heinricus circ. 1150.
Heinricus † poſt an. 1170.
Conradus I. † poſt 1200.
Heinricus jam an. 1206.
Conradus II. † poſt 1271.
Bernhardus admin. † poſt 1296.
Conradus III. jam 1298.
Hermannus I. † poſt 1334.
Conradus IV. † poſt 1369.
Bertholdus † poſt 1403.
Johannes I. el. an. 1414.
Conradus V. 1425.
Hermannus II. 1435.
Oſwaldus I. 1452.
Ulricus 1456.
Oſwaldus II. 1457.
Johannes II. 1465.
Mathias 1474.
Johannes III. 1477.
Johannes IV. 1499.
Gabriel 1503.
Caſpar 1507.
Antonius 1510.

Melchior 1583.
Augustinus 1540.
Achatius 1551.
Georgius 1555.
Augustinus II. 1568.
Wolfgangus 1571.
Christophorus 1608.
Virgilius 1621.
Bonifacius 1663.
Felicianus 1667.
Bernhardus II. 1674.
Augustinus III. 1724.
Constantinus 1726.
Corbinianus 1735.
INNOCENTIUS 1755.

Monu-

Mon. Boic. Vol. IX. pag. 6.

MONUMENTA SCHLEHDORFENSIA.

Diplomatarium Miscellum.

Num. I. Fundatio Monasterii Scarantiensis. An. 763.

In Dei nomine, Reginberhto cogitante vel tractante de anima mea, seu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam accipere merearer, pari suffragante germano nostro Irminfrido, atque genetrice nostra Ackilinda seu parentibus nostris Otiloni & Crosoni in solitudine Scarantiense, ubi Ecclesiam in honore beati Apostolorum principis Petri meaeiis construxi, & ibi in cenobie spem, hereditatem proprium atque substantiam transfundavi per manum propriam, & manum venerabilis Episcopi Iosephi, per consensum illustrissimi Ducis Tassilonis, & Satrabum eius, atque consimilimorum nostrorum consentientium, rem inexquisitam stipulatione subnexam, inprimis vallonensium ex pago, portionem meam, similiter foras montes in villa Schlehdorf nuncupante, & in Hofahaim, & in villa, qnè dicitur Sindolvesdorf: similiter & Kasingas omnem terminum nostrum ita in augmentum substitie frugi adduxi in villa Pasingas, & Grefolvinga dicente, & portionem nostrum in pago Rotahgauue in villa que dicitur Curtana iuxta Fruca fluuine sic nuncupante ita ob consuetudine villa ita appellari, nec non pari modo pagum desertum, quem Walhogoi appellamus cum lacu subiacente, & piscatione & infra fluente Isara ad ipsum locum, quo adtingere videbatur omnes

pro-

predictas villis, & in earum termino, quicquid dobis in portionem evenerat tam liberis, quam colonis, & servibus, casas, curtes, jumentis, pecodibus, alpiserquis, aquis, earumque decursibus molendinis, pratas, pascua, culturas, terminos omnes cum utensiliis erium, & cujuspeum vasorum, & lignorum, vel quicquid jure possidere videbam, sub dicione beati Petri Apostolorum Principis reliquis in predictum locum tradidi, & transfundavi in communem possessionem fratrum, qui ibi commemorare viderentur: & ut ex eodem loco in conjacentiis Diocesis id est Frisinga ad sanctam Mariam ad Episcopum, qui illuc esse videretur, censum exire videretur, id est pedules duos propter stabilitatis Patrum subposito regulæ, ut dicio Episcopalis non deesset ad ordinandum Abbatem cum consensu fratrum illuc in loco demorantium. Similiter & Ackilind genetrix nostra in predictis villis termino portionem suam ad eodem tradidit locum pari modo, & Irminfrid portionem suam tradidit, & si ei nati fuerint filii accipient portionem suam, quantum eis contingerit, mea autem portio firma & stabilis permaneat, & si filii non fuerint, omnis hereditas mea ad predictum locum sit confirmata post obitum meum: & hoc per consensu Tassilone inlustrissimi Ducis, nec non & Otilo simili sententia per consensu predicti Ducis si filios vel filias non procreasset hereditatem suam ex integro tradidit, si autem fuerint nati filii accipient portionem suam, & ea portione, qua me predicto Otilone evenerit ad predictum locum Scaraza firma atque stabilis traditio permaneat. Cros vero compunctus Dei ammonitione, seu plaga insanabile ab Keparoche Comite in loco nuncupante Pahharo percussus, semet ipsum cum omne substantia sua cum consensu Principis nostri summi Tassilonis ad ipsum locum predictum tradidit, & itidem corone signum ab Arbione Archipresbytero accepit. Siquis contra hec tam de propinquis, quam de extraneis venire temptaverit, cum Deo & Apostolo Petro pro hoc

ratio-

sationem referat. Actum Scarantie solitudine sub die consule, quod est III. Kalendas Iulias in anno XVI. regnante inlustrissimo Duce Tassilone, in presentia Ioseph Episcopi Orsatoris rei, & Arbionis Archipresbyteri qui Ecclesiam cum donatione tradendi studio commendavimus ad regendum.

Hec sunt testes, inprimis Ioseph Episcopus & Arbeo Archipresbyter, Riholf Presbyter, Albinus Presbyter, Hato Presbyter, Erchanfrid, Irminfrid traditor, Otilo, Kermunt, Lantpold Diaconi. Adalperht, Situli, Luitolt, Leidrat, Chuniperht, Reginpald, Cundpald, & ceteri absque numero. Ego Arbeo rogitus & iussus de Episcopo Ioseph, donationem istam firmavi & testes subscripsi.

Num. II. Donatio Thassilonis Ducis ad Scarantiam. Anno 769.

In Dei nomine. Ego Tassilo Dux Baiovarorum vir inluster conpunctus de divina misericordia atque de eterna beatitudine, manu valente, cum consensu optimatum Baiovarorum dono atque transfundo locum nuncupantem india, quod vulgus campo Gelau vocantur, Attoni Abbati ad Ecclesiam sancti Petri Apostolorum Principis, seu certorum sanctorum Apostolorum atque Martyrum, pro remedium anime mee, seu & antecessorum meorum, in edificatione monasterii atque ipsius servitio, a rivo, que vocatur tesido, usque ad terminos Sclavorum, id est ad rivolum montis Anarafi, totum atque integrum, campestris, seu & montana, pascuas, venationes, umecta, seu & frutecta omnia ad eadem pertinentia locum, ut nullus deinceps genitorum hominum queat, nec usurpando presumat quis quolibet ingenio aut querimonia oriente, ullo modo inquietare locum, atque inhabitantes in eo in exordio rationis predicto Abbati Attoni nec posteros eius, quis

manu propria, ut potui, caracteres Cyrografu inchoando depinxi coram iudicibus atque optimatibus meis, quia & ipfa loca ab antiquo tempore inanem atque inhabitabilem effe cognovimus. Nunc vero poftulantem atque humiliter fupplicantem audivi, & propter incredulam generationem Sclavorum, ad tramitem veritatis deducendam conceffi, & hilari vultu tradedi per prefentes apices, ut nullus, quod fieri minime arbitror, ex heredibus aut coheredibus meis, five quolibet oppofita perfona, qui contra hanc epiftolam donationis ire aut infrangere vult, iram Dei incurrat & omnium fanctorum. Signum manus mee propria Taffilonis donante atque confirmante. Actum in Bauzano, rediente de Italia, anno ducatui eius XXII. † Alizzeo. † Reginwolf. † Signum manus Gundheri. † Drudmunt. † Pillunc. † Oatochar. † Hliodro. † Crimperht. † Papo. † Hariperaht. † Kislot. † Iubeano. † Alim Epifcopus teftis. Ego anno indignus iuffus fcripfi & fubfcripfi.

Num. III. Donatio Schlehdorfio facta. An. 772.

Regnante in perpetuo Domino noftro Ihefu Chriſto, anno XXV. regnante Domino Taffilone Duce Boiariorum inluſtriſſimo viro. Ego itaque Atto Abba, pro remedium animarum que fe nobis commendaverunt, renovo & reſtituo hereditatem, quam commendaverunt mihi ad vitam meam Anulo, & filius eius Oadalker in loco nuncupante Chemperc, per conſenſum Domini Taſſiloni Ducis ad monaſterium nominato Slehdorf, eo quod iam prefati viri in hoc ipſam rem commendaverunt mihi, ut poſt obitum meum iam dictum locum Chemperc cum omni integritate, ſeu ſi ego ipſe aliquid lucri adquirere potuiſſem ad ſanctorum reliquias, que ibidem venerantur inviolabiliter poſſidendum, vel perfruendum iure perpetuo, pro animabus eorum confirmaſſem. Nunc autem reſtaurabo, & confirmabo petitiones eorum, reddoque & reſtituo ipſas res in preſentia venerabilium virorum,

quo-

quorum nomina subter inseruntur, ad sanctam domum Dei, quod primitus celebratur in honore sancti Dionysii, & ubi sanctus Tectulinus requiescit in corpore, quem a sede Apostolica Reginpertus Monachus, concedente Adriano Papa, ad partibus Boioarie, me adiuvante perduxit. Actum in villa predicta Chemperc, sub die consule quod facit XV. Kalendas Septembris, indictione V.

Num. IV. Incorporatio monasterii Scarantiensis. Anno 772.

In nomine summi Dei Patrisque, & Filii atque sancti Spiritus. Ego heres Episcopus Divini Largitoris munere fratres, quos sub gradu minori ad regendos suscepi, Scaritie deserti congregatos, id est Reginberhtum, nec non & frátrem eius, qui in alode proprio per consensu Domino & decessore nostro Iosepho monasterium condere ceperunt & postmodum per nostrum consilium locum mutaverunt ad Schledorf, meque occupatum cum agnovissem, fratrem, & caritatis mihi socium Attonem religiosum Raginperto per consensu atque fratribus meis, que vici proposuimus. Stetit namque ipsos coadunare, possessiones sicut norma huius declarat vite, ut quicquid proprio habuissent, ad ipsam communitatem conieciissent, & post Attonem Abbatem ipse Raginbertus preesse debeat, tam ipso vivente quam eius post obitum. Et nos quidem statuimus eorum post obitum, ut nullus ibi Abbatem mittere debeat, nisi ipsi Episcopi post nos, qui fuerit si ex eadem congregatione elegant Abbatem, excepto omni modo si defuerit talis, qui dignus sit regularis, tunc subiaceat sententia eorum per consensu Episcopus alium loci eius restituat. Nos autem manum nostram non subtrahimus, tamen Canonicam per omnia firmamus, manu nostra permanere sententiam & regularem tramitem, ut ordo deposcit.

Num. V. Donatio Ellanodi. circa An. 775.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Notum ſit omnibus fidelibus ſeu Deo devotis, quod ego Ellannod licet indignus vocatus Abba proprii iuris mei pertinentia ad alode mea in loco nuncupato Fiskea poſt obitum meum firmavi, ad Domo Dei ſito in loco nominato Slechdorf, quod celebratur in honore S. Dyonifii, ubi ſanctus Tertulinus requieſcit in corpore, deinde cum conſilio vel conventione Attoni Epiſcopi, ego ipſe, ſeu una mecum omnes fratres, in prefato loco Deo devote ſervientes dedimus hoc in beneficium nepote meo Hericcone; Ea vero ratione, ut ſi predictus Hericco diutius ſuperſtis mihi fuiſſet, annis ſingulis exinde cenſum redderet, hoc eſt ſex denarios vel ſex denariorum pretio in victu, vel veſtitu, aut in cera, vel in pecodibus. Et in ipſo tenore, ut poſt obitum Hericconi pro remedium anime mee, vel pro anima Patris vel Matris mee, vel pro anima fratris mei confirmatum in perpetuum ſtet ad ſupra dictum locum, ubi honor plurimorum ſanctorum veneratur. Ego Ellannod & Advocatus predictorum fratrum Reginhart preſentibus fratribus in ſervitio Dei degentibus, & ſancti Dionyſii, vel ſancti Tertulini Martyris, ſeu omnium ſanctorum quorum reliquie in prefato loco adorantur, tradidimus predictam rem in beneficium Hericcone ea ratione, ut ſupra dictum eſt. Et hec teſtes *Megiwat*, *Helmker*, *Otperht*, *Irumolt*, *Arfrid*, *Adalwart*, *Oadalfrid*. Et hec nomina Monachorum, qui aliorum verba confirmaverunt: Williperht Presbyter, Rihmunt Presbyter, Erphuni Presbyter, Sandolf Diaconus, Hroadperht, Kamanolt. Actum in loco publico nominato Slecdorf ſub die conſule XIII. Kalendas Auguſti, indictione II. regnante Domino noſtro Karolo magno Imperatore anno VIIII. Ego Kerold indignus Diaconus iuſſus a Domino Ellanodo ſcripſi ex ore Emichoni.

Num.

Num. VI. Donatio Iſanhardi. circa An. 775.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Noticia de traditione, quam fecit Iſanhart de propria alode, ſeu de adquiſitione ſua, ad corpus beati ac ſancti Tertulini Martyris & ad altare ſancti Dionyſii; Inprimis ad Horſcaninga, quicquid ibidem habere videtur, totum ex integro, nihil pretermittente ad ea pertinentia loca, terram cultam & incultam, pratis, campis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, mancipia in domo, tam in villis manentibus, totum, ut diximus ex integro, mobilia, & inmobilia. Simili modo ad Holzhuſum territorium, quem ibidem habui. Ad Reiſligun vero medietatem omnium, que ibidem habere videbor, ſimiliter ad predictum ſanctum tradidi in Erelingam, ſimiliter excepto ea colonia, quam habuit Arfrid, & iugera XL. terra, & X. carrada de pratis. Reliqua omnia ad ea pertinentia loca tradidi, & confirmavi per conſenſum atque licentiam glorioſiſſimi Domini noſtri Taſſiloni Ducis Baiowariorum, anno Regni eius XXVIIII. Si quis vero contra hanc Cartulam traditionis ire, aut eam frangere voluerit, irram Dei incurrat, & perſolvat iudice quod iuſtum eſt. Hec nomina teſtium: ipſe Iſanhart T. Reginhart, Deotpalt, Kerwolf, Kaganhart, Nendinc, Otti. Scripſi ego Otto Abbas.

Num. VII. Donatio Reginhardi. Circa 778.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Notitia de Traditione quam fecit Reginhart filius Iſanharti de propria alode, ſeu adquiſitione ſua ad Corpus beati ac ſancti Tertullini Martyris; Inprimis ad Durfingeshuſen, & ad Reiſtingun, quicquid ibidem habere videretur, totum ex integro nihil pretermittens ad ea pertinentia loca, terra culta & inculta, pratis, campis, ſilvis, aquis aquarumque decurſibus, mancipia & peccora in mea po-

teſtate manentibus, totum ut diximus ex integro mobilia et immobilia. Ea vero ratione ut poſt obitum eius ad predictum ſanctum ſtabiliter ac firmiter permaneant, per conſenſum, atque licentiam glorioſiſſimi ducis Baiowariorum anno regni eius XXVIIII. Indictione X. Si quis vero contra hanc cartulam traditionis venire, aut eam frangere conaverit, irram Dei incurrat, & perſolvat Iudici quod juſtum eſt. Et hec nomina teſtium, ipſe Reginhart, T. Lantfrid: T. Deotpald, Kerwolf Preswyter, Kaganhart, Nendinc, Otti; & ego Williperht Presbyter iuſſus a Domino Attone Abbate conſcripſi.

Num. VIII. Donatio Gaionis. Circ. 799.

Dum fragilitas humani generis pertimeſcit ultimum vite temporis diem ſubitanea transpoſitione ventura, oportet, ut non inveniat unumquemque inparatum, ne ſine aliquo boni operis reſpectum migret de ſeculo, niſi dum ſuo jure & poteſtate conſiſtat, præparet ſibi viam ſalutis, dum pretium in manibus habet, per quam ad æternam valeat beatitudinem pervenire. Ideoque ego *Gaio* in Dei nomine cogitans pro remedium anime meæ & remiſſionem Peccatorum meorum, ut veniam in futuro conſequi merear, trado omnem hereditatem meam, quod mihi ob jure Parentorum meorum obvenit, villas nuncupatas in pago, qui cognominatur Poapintal, id eſt, in Opatinhoſe, & in Cyreola, ſeu foras montes in loco, qui nominatur Pettinpach, vel ubicumque viſus ſum habere, cum terris, cum domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, alpis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, adjunctis, adjacentiis, adpenditiis, peculium utriusque ſexus, mobilibus & immobilibus, trado ad Monaſterium, quæ nuncupatur Slechdorf, ubi corpus ſancti Tertulliani requieſcit, & Otto Epiſcopus ibi præeſſe videtur, una cum Monachii ibidem degentibus, & recepimus a vobis in beneficium illam ter-

terram, quam habetis in Pettenpach de parte Ótiloni, & boves IIII. in ea ratione, ut annis ſingulis cenſum ſolvere debeam dimidium ſolidum in argento, aut in grano, & ipſas locas, quas ſuperius prænotavimus, nec vendere, nec alienare, nec nullum naufragium imponere, ſed emelioratas ad ipſum Monaſterium revocare. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, huic voluntati noſtræ de quibuslibet adinventionibus aliquis de heredibus noſtris, vel quislibet perſona, qui contra hujus traditionis firmitatem frangendi repertus fuerit, a conventu omnium Chriſtianorum, vel limitibus Eccleſiarum extraneus habeatur, & Iudæ traditoris Domini noſtri Ieſu Chriſti perfruatur conſortium, inſuper etiam inferat partibus ipſius Monaſterii, vel fratrum ibidem conſiſtentium auri libros duos, nec ſic quoque, quod repetit, non valeat vindicare, & nihilominus præſens traditio, quæ pro timore Dei, & amore Chriſti conſcripta eſt, firma & inviolata omni tempore valeat permanere. Hæc ſunt teſtes: Reginhart Comis, alius Reginhart, Kaganhart, Alprih, Rubo Diaconus, Zotto Diaconus, Engilperht, Helmperht, Nothart, Etti, Cozrat, Engilperht. Regnante Domino noſtro Karolo rege in Bajowaria anno XII. V. Kalendas Novembris. Ego Meriolfus Presbyter ſcripſi, & ſubſcripſi.

Num. IX. Charta Evictionis. An. 802.

Dum reſedíſſent venerabiles miſſi Domini Karoli magni Imperatoris, Arn videlicet Archi-Epiſcopus ejus & Adalwinus Co-Epiſcopus eius, & Orendil Iudex, ad examinandas diverſorum cauſas, & cum lege atque iuſtitia terminandas in loco, qui dicitur Friſingas in mallo publico, ibique adveniens Advocatus Attonis Epiſcopi nomine Lantfrid interpellabat quendam hominem nomine Reginperhtum filium Scattonis, eo quod iniuſte uſurparet ſibi res S. Eccleſie Dei ad S. Tertulinum traditas ad Monaſterium Slechdorf, quas Keio patruus predicti Reginberti ibidem, pro redemptione anime ſue

coram

eorum testibus tradidit, & ipse Reginperht presens adstabat, & ipsas in hereditatem propriam retinere temptabat. Tunc presentes inventi sunt testes, qui testimonium inde proferebant, dicentes, se scire atque adstare, quod Keio ipsas res potestativa manu, pro remedio anime sue, ad ipsum locum sanctum tradidit, quicquid de propria sua in portionem suam contra fratres suos pertinere debuisset. Tune predicti missi Dominici Arn Archi-Episcopus, & Adalwinus Episcopus, atque Orendil Iudex ipsos homines, qui hoc testificaverunt, in medium vocaverunt, & per Sacramentum fidelitatis, quem Domino Karolo magno Imperatori ipso presente anno juraverunt, adtestati sunt eos, ut omnimodis absque ulla fraude, vel ingenio, ita, ut veraciſſime de ipsa causa scirent, ita in palam adnuntiarent; qui dixerunt: scimus quia tres germani fuerunt & uno defuncto duo superstites fuerunt fratres, & dividere debuerunt equaliter inter se ipsam hereditatem defuncti fratris Scatto, & Poapo, sed antequam divisio hec facta est, & mortuus est Poapo relinquens portionem suam filio suo Keioni & ipse Keio bene valens portionem, quod ei accedere debuit contra patruum suum tradidit Deo & sancto Tertulino ad Slechdorf, sed nolente Keioue renuit omnia hec Scatto, & reliquit filio suo Reginberto. Tunc ipsi missi cum Orendilo iudice, & ceteris veracibus hominibus tractaverunt, pro qua causa Reginperht possidere debuisset portionem Nepotis sui Keioni hereditas, quod ipse pro anima sua Deo tradidit, & sanctis eius. Tunc convictus cum lege & iustitia Reginbertus de presente reddidit Advocato ipsius Ecclesie & Archipresbytero ipsius Episcopi Elhanodo, loca nuncupata Allingas, Kupingas & in Germareskauve, ut amplius eas possiderent presules loci ipsius absque ulla contraditione evindicatas iure perpetuo, & ita finita est contentio coram residentibus & adstantibus multis. Et testes ufu Baiowariorum per aures ex utrisque partibus tracti, ut amplius exinde

finita

finita esset contentio. Orendil iudex testis, Toto, Helmuni, Wolfperht, Rihpald, Luitprant, Reginhart, Kaganhart, Eodunc, Soamperht, Herirach, Crimuni, Seliger, Folchrat, Perahart, Huswart. Actum & confirmatum est hoc in loco publico Frisinga in mallo publico, regnante & imperante Domno Karolo Magno Imperatore, anno XXXV. & in Baiowario II. indictione, XII. nonas Augusti. Scripsi ego Adalpehrtus indignus iussus a Domno Arnone Archi-Episcopo & subscripsi.

Num. X. Carta evictionis. 802.

Residentibus missis Domni Karoli magni Imperatoris; Arnone videlicet Archi-Episcopo, & Adalwino Co-Episcopo ipsius una cum Orendilo iudice in loco publico Frisinga ad examinandas cum iustitia multorum advenientium causas, ibique adveniens de presente Advocatus Attonis Episcopi nomine Lantfrid, interpellabat alium quendam hominem similiter nuncupatum Lantfridum filium Irminfridi cuiusdam nobilis viri, dicens, quod iniuste possideret res sancti Petri de Monasterio Slechdorf dicto, quas predictus Irminfrid potestativo iure tradidit ad ipsum Monasterium pro salute anime sue, loca nuncupata Scarantia, cum appendiciis suis in Fluriningun, in Pollingun, in Slechdorf, in Hovaheim, in Sindolfesdorf, in Gisingun, in Pasingun, in Grefolvingun que omnia tradidit Irminfrid Pater eius Deo & sancto Petro ad ipsum iam dictum monasterium temporibus Domini Pipini Regis, & Tassiloni Ducis, eorum consensu. Tunc ipse Lantfridus presens adstabat, & hoc excusare nequaquam prevalens, quia ipsi missi predicti hoc ita factum esse diligentissime inquirentes per fideles & veraces homines invenerunt. Ea ratione firmissima, ut si ipse Irminfrid legitimos heredes filios procreasset, ipsi filii sui secundum legem inde haberent suam portionem, & portio Irminfridi ad ipsum monasterium stabilis esset. Super hoc autem contentiose agens ipse

iam ſepe dictus Lantfrid temptabat medietatem ipſius altaris de Scarantia ad opus ſuum exquirere. Tunc ipſi miſſi unacum his, qui in ipſo placito adfuerunt percogitantes ſtultitiam eius, ut etiam ſine gravi damno evaderet in mercedem ſancte Dei Eccleſie & Domini Imperatoris, rogantes ipſum venerabilem Attonem Epiſcopum conplacitaverunt ei, ut licuiſſet ei ſine compoſitione legitima res predictas ſancte Eccleſie ſana manu etiam ſine compoſitione emunitatis Regis & ſine debito regali reddere. Eo vero tenore hoc factum eſſet, ut nunquam amplius quicquam repeteret de ipſa iam dicta Eccleſia, nihilque de predictis rebus ſibi amplius vindicaret, & hoc ita coram teſtibus firmatum & adſcriptum eſt, quorum nomine ſubter tenentur inſerta. Actum in Friſingas loco publico die conſule II. nonas Auguſti, anno ſecundo Imperii Domini Karoli ſereniſſimi Auguſti. Indictione X. & hi teſtes per aures tracti eiusdem complacitationis per manus Ellannodi Archi Presbyteri, Kaganhart & Lantfrid Advocati ipſius Epiſcopi Attonis, Orendil iudex, Toto, Helmuni, Wolfperht, Cotehelm, Inimo, Erlapald, Reginperht, Rihpald, Luitprand, Reginhard Com. Eodunc, Suamperht, Herirac, Crimuni, Seliker, Lantperht, Folcrat, Perahart, Hucuswarht. Ego Horskeo indignus Presbyter ſcripſi ex ore Adalperhti, & ego Adalpehrt indignus ſubſcripſi & confirmavi.

Num. XI. Carta evictionis. 802.

Reſedentibus miſſis ſereniſſimi Caroli Auguſti, Arnoni videlicet Archi-Epiſcopo, nec non & Adalwino Anteſtite in loco, qui dicitur Friſingas ad univerſas cauſas exactandas, ibique de preſente veniens Advocatus Attoni Epiſcopo nomine Lantfrid, aliquo homine Lantfrido nomine filio Irminfrido interpellabat, dum diceret, eo quod rebus Eccleſie ſancti Petri iniuſte uſurparet in loco, qui dicitur Scarantia unacum appendiciis ſuis loca nuncupatas

patas in Flurininga, & in Pollinga, & in Sledorf, & in Hovaheim, & in Sindolvesdorf, & in Kisingas, & in Pasingas, & in Grevolfinga, quas tradidit Pater suus Irminfridus sub temporibus Iosephi Episcopi, cum licentia Tassiloni Ducis, tunc ipse Lantfrid de presente adstabat, & hac causa denegare non voluit. Tum ipsi prefati Missi unacum Orendilo iudice, & Reginhardo Comiti vel aliis quam plurimis in ipso placito adsistentibus hanc causam puriter & diligenter inquirentes, invenerunt qualiter ipsa traditio ab ipso Irminfrido sic firmata fuit; ea vero ratione, ut si ipse filium procrearet, portionem suam in ipsa loca accipere deberet. Similiter & causa alia ibidem ventilata est, hoc est, ut ipse Lantfridus requirere optabat portionem suam de ipso altare sancti Petri in prefato loco Scarantia. Tunc ipsi missi predicti unacum ipsis placitantibus dixerunt inter se, ut licuisset prefatum Lantfridum ipsa portione Patri sui sana manu sine compositione vel debitum imperialem, & emendationem emunitatis reddere, suamque portionem recipere, & placitare de ipsa medietate altaris sancti Petri, ut nunquam amplius repeteret ad partibus ipsius sancte Dei Ecclesie de *ipsa sua portione*. Quod presentialiter factum est, eo vero tenore, ut si amplius repetere de eadem causa voluisset omnem debitum gratis perdonatum ad eum exigeretur, & cum testibus veraciter adfirmatum, quorum nomina supter tenentur inserta. Actum Frisinga Episcopato publico pridie nonas Augusti anno XXXIII. & secundo regnante & imperante Domino nostro Carolo gloriosissimo Augusto. Isti sunt testes per aures tracti in manus Ellannod Archi-Presbytero, Kaganhardo & Lantfrido Advocatos, Orendil iudex T. Toto testis, Helmuni T. Cotehelmi T. Inimo, T. Erlapald, T. Reginperht, T. Rihpald, T. Luitprand, T. Reginhart Com. T. Eodunc, T. Somperht, T. Herirach, T. Wolfperht T. Berthart Notarius iussus a summo pontifice Arnoni hanc cartulam relationis scripsi & subscripsi.

Num. XII. Donatio Hrimerinis. 802.

In Dei nomine. Ego Hrimerim cogitans, vel tractans pro remedium anime mee, ut aliquid venie apud pio Domino metear accipere, propter hoc flavitavi glorioſum, vel inluſtriſſimum virum Attonem Anteſtitem, & omnes fratres ibidem manentes, in cenobio nominato Sclecdorf, ut, ſocum meum ad ſupradicto Domo Dei vivens, vel mortuus paratam habuiſſem. Conſentientibus autem petitionibus meis ſupradictis venerabilibus viris, & cum conventione omnium fratrum ibidem Deo devote ſervientium, me memetipſum commendavi & tradidi hereditatem meam proprium alodis in loco nuncupato ad Tozineshofen in agris, vel pratis cultis vel incultis & mancipiis cum omni veſtitione ſupradictum locum nominatum Tozineshofa tradidi ad ſupradicto Domo Dei, quod edificatur in honore ſancti Dionyſii, & honor plurimorum ſanctorum celebratur, ubi ſanctus Tertulinus requieſcit in corpore, preſente Attone Epiſcopo, ſeu Ellannodo Archi-Presbytero tradidi cum uno frutectu de genere arboris, unde naſcentur milas & ibidem preſens fuit filius meus Tozi, & hanc traditionem conſenſit, & ſimul cum me confirmavit in ea ratione, ut in beneficium de manu Attonis accepiſſet, & annis ſingulis ſolidum unum reddidiſſet, & in feſtivitate ſancti Martini, & duo veſtimenta ſui patri donaret ad opus ſuum. Et hec nomina Monachorum Williperht Presbyter, Meginolt Presbyter Craolf Presbyter Tagaperht Diaconus, Zotto Diaconus, Sandolf Diaconus, Unroh Diaconus, Arnolt Monachus, Keio Monachus, Cundpald Monachus, Kerpald Monachus, iſti fratres preſentes aderant, & hec nomina teſtium: Alprih, Cundperht, Kaganhart, Erhanfrid, Aſolt, Reginolt, Herriprant, Sigifrem. Actum eſt autem ſub die conſule in IIII. Kalendas Octobris anno VII. poſtquam Karolus Rex venit in Baiuwaria indictione III. Et ego Hruodſtein indignus Diaconus iuſſus a Domino Attone Epiſcopo ſcripſi.

Num.

Num. XIII. Donatio Zotonis. 835.

Notitia de renovatione, quomodo venit Zoto Diaconus cum aliis quam plurimis ad monaſterium, quod dicitur Slechdorf quod eſt conſtructum in honore ſancti Dionyſii & ſancti Tertulini Martyris ipſo die Martyrii ſui, quod eſt pridia Kalendarum Auguſtarum, & tradidit & renovavit traditionem, quam olim Pater eius Alprih, & Mater ſua Imma unacum fillo Zottone tradiderunt, & profeſſus fuit coram multis, in preſentia Advocatum Odalrici & Irminfrid & miſſi Erchanberti Epiſcopi Cundpaldi, quod Pater ſuus, & Mater ſua, & ipſe ad preſens iam olim ipſam traditionem peregerunt, tunc adiunxit ipſe ſupra dictus Zotto omnem adquiſitionem ſuam, & omnia quecunque habere videretur in locis nominatis ad Auwolfeſtein & ad Reode, hoc totum & integrum firmiter tradidit ad ſupra dicto loco Slechdorf cum omnibus ad ipſis locis pertinentibus, cum terris cultis & incultis, aquis aquarumve decurſibus, ſilvis, campis, paſcuis, pratis cum montanis & omnibus confiniis & ſuppellectilibus, curtiferis, pomeriis, pecuniis & edificiis, omnia in omnibus ad augmentalis firmiter, & inviolabiliter ad ſupra dicto loco tradidit & condonavit, preter duos ſervos, quorum nomina Deotuni, & Heriwie, & tertium ſervum tradidit Erchanberto Epiſcopo nomine Hiltuni, alia omnia firmiter tradidit & renovavit ad ſupra dicto loco Slechdorf. Et hoc ſtatuit & firmiter confirmavit, ſi ille ipſe, aut aliquis de genere ſuo, vel de heredibus ſuis ipſam traditionem frangere voluiſſet ad ipſo monaſterio de auro libram unam coactus exſolvat, & quod repetit nullo modo evindicare valeat, ſed firma & ſtabilis ipſa traditio in evum permaneat. Et ut certius ab omnibus audientibus credatur, cenſuit annis ſingulis ad feſtivitatem ſancti Dei Tertulini Martyris reddere denarios II. Et iſti teſtes per aures tracti: Oadalrih, Irminfrid, Ellant, Cundheri, Hartmot, Cundperht,

Rihperht, Arpio, Clarmunt, Irminolt, Rincho, Friduperht, Cundheri, Ambricho, Einrich, Engilport, Weriant, Hroadperht, Reginpehrt, Werot, Sigiprant, Arho. Actum II. Kalend. Auguſti, monaſterio publico anno Incarnationis Domini DCCCXXXV. indictione XIII. Hludowici Imperatoris XX. Hludowici Regis noſtri XI. Iterum alia vice venit ſupradictus Zotto ad Friſingas, & ſupradictis verbis in altarem ſancte Marie renovavit traditionem ſuam, ut omnia in ſupradictis locis ad ſe legibus pertinentia ad Slechdorf perpetualiter permanerent, & iſti teſtes, qui hoc viderunt factum, & audierunt condictum: Heimo, Heriperht, Hatto, Alhmunt, Liutpald, Chuniperht, Cozleip, Spenneol, Tetti, Piligrim, Sigiwolh, Maganperht, Maganrat, Willihart, Wichart, Cundpald. Hoc factum ſupra dicto anno, & ego Cozroh indignus Presbyter hoc videns & audiens conſcripſi iuſſione Erchanberti Epiſcopi.

Num. XIV. Carta evictionis. 837.

Convenerunt multi nobiles viri in locum, que dicitur Einhofa Erchanbertus Epiſcopus, *Luitpald Comes*, *Ratolt Comes*, Engilhart Comes, Riho Comes, & miſſus Domini Regis nomine Antermaro iuſta iudicia decernenda, & alii quam plurimi diverſas cauſas dirimandas, & finiendas; ibi in preſentia cunctorum acceſſit Advocatus Erchanberti Epiſcopi nomine Oadalrih, & interpellebat nobiles viri Iſanhardum, & Ellanhardum pro eorum hereditatem, quod habuerunt ad Durfingesdorf, & ad Pachtiltahofa, dicens, quod Avus eorum Iſanhart, & pater eorum Reginhart pro remedium animarum ſuarum tradidiſſent ad Slechdorf ſancto Tertulino Martyre Chriſti. Illi vero fortiter reſiſtebant, & contradicebant, & multo ſpatio temporis inter ſe contentionem pro hoc habebant. Sed hoc teſtimoniis adhibitis Erchanbertus Epiſcopus, & Advocatus eius Oadalrih verum eſſe conprobare volue-

luerunt, & plenum teſtimonium teſtium habuerunt. Proinde inito conſilio ſupradicti viri credebant ſemet ipſis ſe ad placandum, & conciliandum cum Domino Epiſcopo profitebantur ſe reddere Domino Epiſcopo, & Advocato ſuo colonicas III. plenas ad Pachtiltahoſa; aliis vero in ipſo placito ſupplicantibus benigniſſimus Epiſcopus miſericordia motus, & conpunctus noluit eos per omnia hereditate privare, nec exheredes facere, ſed conſuluit paupertati eorum, & ita fieri permiſit, ea ratione, ut ipſas tres colonicas plenas reſtituiſſent, cum curtiferis, & terris, pratisque, & paſcuis, & quicquid ad ipſas res colonicas pertinere videbatur, & ſuper hec omnia medietatem ſilve, ſaltuumque & omnium confinium eorum, quicquid in ipſo die habere viderentur culti & inculti, vel ad colendum conprehenſum habuiſſent, omnium illorum confinium medietatem in ſilvis, & in ruris, & in runcariis dimiſerunt in manus Erchanberti Epiſcopi, & Advocati ſui Oadalrihi, & aliud, quicquid ex parte hereditatis eorum habuerunt cum iuramento ſuper capſam corporis ſancti Tertulini confortare, & confirmare voluerunt. Sed ipſum iuramentum per miſericordiam ſuam ſupradictus Epiſcopus dimiſit eis, ſi pleniter perfeciſſent, ſicut ſupra prenotatum eſt. Hoc factum eſt anno incarnationis DCCCXXXVII. Indictione XV. Hludowici Regis noſtri in Baiaria XII. Hoc peractum in preſentia venerabilium virorum Erchanberti Epiſcopi, Luitpaldi & Ratolti Comitum, & Rihoni Comitis, & Engilharti Comitis, & alii preſentes teſtimoniales. Coteperht, Mejol, Wolfolt, Ratkys, Reginperht, Purchart, Perhtolf, Cundpald, Erchanolf, Hiltipald, Cundperht, Machelm, Pero, alius Mejol, Hatto, Oadalker, Wichelm, Karnheri, Piligrim, Tagaperht, Odolt, Deothram, Engilrih, Pernwin, Sigimot, Friduperht, Eliant, Hunperht, Alpolt, Paltar, Heriperht, Sigipald, Tozi, Hroadperht, Hahkys, Situli, Helfant, Otpot, Alpuni, Hugiperht, Odalhart, Erchanolt, Hilti, Hukperht, Oadalſcalc, Tinto, Aſolt,

Asolt, Rimideo, Erchanhart, Talamot, Ramfolf, Wieperth, Irfine, Sigiprant, Hroadolt, alius Hilti, Adalperht, Cozperht, Oadalscalch, alius Cundperht, Fromar, Toto, alius Reginperht, alius Situli, Luitperht, & alii sine numero, ut ego Cozroh hoc videns & audiens conscripsi. Et isti sunt, qui ipsam vestituram viderunt, quod Isanhart & Ellanhard vestierunt Erchanbertum Episcopum & Advocatum suum Oadalricum ad Pachtiltahofun de tres curtiferis, & de omnibus ad hec pertinentibus, & de omnibus supradictis rebus: Reginperht, Mejol, Coteperht, Purchart, Oadalker, Sigipald, Engilrih, Erchanolf, Odolt, Cundpald, Tozi, Wichelm, Wicperht, Situli, Hroadperht, Adalperht, Alphoh, Nordperht. Die consule quod factum VIII. Kal. Februarias, & Wenilo Presbyter in ipso placito, quicquid ad Usinhofun de beneficio habuit, & quod ipse in ipso loco tradidit ad Domum sancte Marie ad Frisingas dimisit in manus Erchanberti Episcopi, & Advocati sui Reginberti.

Num. XV. Licentia construendi Monasteria Episc. Fris. concessa. Ann. 1141.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Ottoni Frisingensi Episcopo, eiusque successoribus canonice Substituendis in perpetuum. Ex comisso nobis a Deo apostolatus officio fratres nostros Episcopos debemus diligere, & Ecclesiis sibi a Deo comissis suam iustitiam conservare. Proinde dilecte a Domino frater Otto Episcope, preces tuas rationabiles clementer admittimus, & personam tuam cum comissa tibi a Deo Ecclesia sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & presentis scripti patrocinio communimus; statuentes, ut quascunque possessiones, quecunque bona eadem Ecclesia inpresentiarum iuste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, Domino

mino propitio poterit adipiſci, firma tibi tuisque ſucceſſoribus, & illibata permaneat. Sancimus etiam, ut in quocunque Epiſcopatu, in fundo Friſingenſis Eccleſie Monaſteria, vel Eccleſie edificate ſint, aſſenſu & conſilio tuo in eis presbyteri ſtatuantur, Iura quoque tue Eccleſie, que venerabilis frater noſter Counradus Salzeburgenſis Archiepiſcopus recognovit, & ſcripti ſui auctoritate firmavit, tibi & commiſſe Eccleſie confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eandem Eccleſiam temere perturbare, aut decimas, bona, & poſſeſſiones ipſius aufferre vel ablatas retinere, minuere vel ab ipſa alienare, ſeu quibuslibet moleſtiis fatigare, ſed omnia integra conſerventur tuis tuorumque ſucceſſorum uſibus profutura. Preterea quoniam Advocati ad defenſionem Eccleſie ſtatuuntur, advocatis ipſius Eccleſie omnimodis interdicimus, ne aliquid gravamen eidem loco vel rebus ad ipſum pertinentibus inferre, vel aliquid preter ius ſuum ab eis exigere preſumant. Siqua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſeculariſve perſona, hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſanctiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant, amen. Ego Innocent. Catholice Eccleſie Epiſcopus. Ego Gregorius Diaconus SS. Sergii & Bachi. Ego Geraldus Presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Jeruſalem. Datum Lat. per manum Baronis Capellani & ſcriptoris XII. Kal. Dec. Indictione V. Incarnationis Dominice Anno 1141. Pontificatus vero Domini Innocentii Pape Ann XII.

Num. XVI. Pro advocatia in Olstadt & Weichs. Anno 1271.

Ut in nostris gesta temporibus firma & inconvulsa permaneant, litterarum solent testimonio commendari. Nos itaque Conradus Prepositus totusque Conventus in Schlechdorf notum facimus posteris & presentibus universis, presentem Schedulam inspecturis, quod Advocatiam Curie in Wichse, molendine apud Wegmann, Hofstat & Pomerii, quod adiacet Ecclesie in Aulstat, & Lehen in Wil, quod Manigoldus ibidem colit de honesto *Domino de Eschenlock* emimus sub tali conditione, ut si aliquis Advocatus de predicta Advocatia se intromittere presumat, statim predicta Advocatia ad predictum honestum Dominum sive ad suum fratrem Dominum Arnoldum redundat. Inque eius certitudinem, evidentiam & cautelam *Domino Arnoldo* militi *de Eschenlock* predictam Advocatiam comisimus, ut noster Advocatus & defensor super sepe predicta predia existat, in timore propter Deum. Data anno Domini MCCLXXI. IIII. non. Octobris.

Num. XVII. Connubia mancipiorum. 1296.

Nos Wernhardus *Gubernator* totusque Conventus fratrum Ecclesie in Schlechdorf presentibus profitemur & constare volumus universis presentia inspecturis, quod quicunque viri proprii monasterii sancti Benedicti in Bueren cum mulieribus propriis Ecclesie nostre matrimonium hucusque contraxerunt, pueros eorumdem cum ipso monasterio equaliter dividere tenemur. Qui vero in posterum matrimonium cum nostris presument contrahere mulieribus, de pueris genitis per eosdem divisionem nullam secundum contractum inter nos initum faciemus, & quam penam taliter contrahentibus pro tante temeritatis ausu venerabilis Abbas Burren velit infligere in suo arbito residebit. In cuius rei testimonium

quam presens scriptum Sigilli nostri munimine fecimus roborari. Testes autem qui huic contractui cum fieret affuerunt sunt hi: Dominus Sifridus Capellanus, Chunradus sacerdos quondam prepositus in Schlehdorf, *Bernhardus dictus Geltingen*, *Chunradus dictus Mola*, *Chunradus Holzchircher*, *Bertoldus Spor*. *Uolricus Pasinger*, *Ludewicus de Laingreben*, *Ortolfus Tegan ibidem*, *Otto Vogeler*, *Bertoldus Rampfer*, *Chunradus frater suus*, *Bertoldus Weiler*, *Albero* prepositus, & alii quam plures. Datum & actum in Burren anno Domini 1296. in Epiphania Domini.

Num. XVIII. Revocatio personæ bonorumque. 1298.

Reverendo Domino suo — — venerabili Brixensis Ecclesie Episcopo, Chounradus humilis Prepositus, & Conventus Ecclesie Schlechdorf, Frisingensis Diocesis, reverentiam & obedientiam in omnibus debitam & devotam! Ad vestram gratiam, tanquam ad Patrem & Dominum specialem presentibus recurrimus, conquerendo, quod Dominus Wernhardus quondam Plebanus de Anxanus, nostre Ecclesie professus, immemor sue salutis, bona Ecclesie nostre inter montes sita sine iure penitus occupavit: cum tamen idem Dominus Wernhardus, tempore procurationis sue in Schlechdorf coram Domino Wernhardo honorabili Preposito Ecclesie in Beusberch, Frisingensis Diocesis, qui ex parte Domini nostri in Christo Patris Domini Em. venerabilis Frisingensis Episcopi ad audiendam computationem predicti Domini Wernhardi, de omnibus proventibus, quos de prediis Ecclesie nostre receperat, cum pleno mandato missus fuerat, & in presentia nostra & Dominorum nostrorum Advocatorum & aliorum multorum proborum virorum, omnibus & singulis bonis & rebus propriis quas ad nostram Ecclesiam apportaverat, nullam faciens exceptionem vel conditionem de eisdem rebus, pure propter Deum, & ob honorem beati Tertulini nostri Patroni, in computationibus suis

deficiens viva voce renuntiaverit simpliciter & precise. Preterea predictus Dominus Wernhardus a memorato Domino Preposito de Beurberch requisitus, utrum aliqua haberet privilegia contraria nostre Ecclesie & dampnosa, respondit & dixit se habere nulla privilegia nostre Ecclesie obnoxia vel nociva, & si super hoc aliqua habet privilegia, ista dicimus esse veritate tacita procurata. Cum igitur vestra reverentia nobis & predicto Domino Wernhardo terminum & diem, videlicet feriam tertiam proximam ante instans sancti Georgii festum, ad respondendum statuerit de querimoniis huiusmodi coram vobis, petimus & rogamus humiliter & devote, quatenus propter Deum principaliter & nostras devotas orationes, ius & paupertatem Ecclesie nostre intuentes, Domino Wernhardo sepedicto dignemini dare firmiter in mandatis ut bona Ecclesie nostre occupata, cum debita refusione expensarum quas in lite fecimus, procuret & faciat libera & soluta, & ad prebendam suam Schlechdorf redeat, cum nostre sit, sicut bene probari poterit, Ecclesie Canonicus & Professus. Scriptum in Schlechdorf anno Domini MCCXCVIII. XVI. Kalen. Maii.

Num. XIX. Connubia mancipiorum. 1330.

Nos *Heinricus* divina permissione Abbas Monasterii in Pewrn sancti Benedicti totusque Conventus ibidem presentibus profitemur, & constare volumus universis presens scriptum inspecturis, quod quicunque viri proprii Ecclesie in Slechdorf cum mulieribus propriis Monasterii nostri hucusque contraxerint, ac de cetero contrahi videantur, pueros eorundem cum Ecclesia memorata equaliter dividere promittimus ac tenemur. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Testes autem, qui huic contractui cum fierent, affuerunt sunt hii: *Wernher Steinpacher*, *Chunrat Holzchircher*, *Ottol-*

Ortolfus Degen, *Heinr. Mailan*, Otto Voggeler, & alii plures fide digni. Acta ſunt hec in Päeurn anno Domini MCCCXX. in die ſancti Georii Martiris Chriſti &c.

Num. XX. Connubia mancipiorum. 1339.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Amen. Dignum memoria negotium ne morbo pereat oblivionis, preſenti pagina declaratur hanc volentibus intueri. Pateat ergo eisdem, quod Bernhardus Dei gracia Abbas Monaſterii ſancti Petri in Weſſesprunen cum communi conſilio eius conventus in id ipſum benigne conſentientis, hoc modo convenimus, & animam ſpiritualem cum fraterne dilectionis amore, que fideliter inter nos & Monaſterium ſancti Tertulini in Schlechdorf floruit, innovare ſtuduimus, & confirmare ſtatuimus, itaque communiter, ut quicunque de familia ſancti Petri in Weſſesprunen ex familia ſancti Tertulini in Schlechdorff, & e converſo matrimonium contraxerunt, vel adhuc contrahere' voluerint, propterea non incurrant offenſam dominorum, nec ab ipſis qb hoc aliquod damnum patiantur. Liberi vero, qui de tali contractu procreati fuerunt, equaliter dividantur. Ut igitur hec rata permaneant, & a nullo ſucceſſorum noſtrorum violentur, preſens ſcriptum ſigillis noſtris eſt confirmatum. Acta ſunt hec anno Domini MCCCXXXVIIII. XII. Kal. Iunii &c.

Num. XXI. Donatio pia. 1359.

Ich *Hainrich der Breumaiſter von Eſchelock*, und ich *Diemueth* ſeine Würthin verichen beede offentlichen an diſen Brief für uns ſelber, undt für all unſer Erben, und thuen khunt allen den, die diſen Brief leſent oder hörent leſen, daſs wir mit vordachten Mueth, undt mit guetten Willen, und mit gemainen Rath haben geben unſer Hueb, die zu Au bey Schlechdorf gelegen iſt,

die Lechen geweſen iſt von unſern Herrn Herrn *Berchtolden von Sevelt*, und von ſeinen Erben, die er uns vereinigt hat durch Gott, undt unſer Gebett willen, dem würdtigen erbern Gotshaus zu Schlechdorf und dem Convent daſelben, für ain rechts aigen, geſuecht, und unbeſuecht, ze Dorf und ze Veldt, ze Ackher und ze Wismadt, und mit allen Rechten, und Nuzen, als wür ſie inne gehabt haben zu rechten Selgeret, durch Gott und umb unſern Vordern Seell willen, und umb unſer beyder Seell willen, das ſie der gedenckhen ſollen, und Gott umb unſer Hayl und Seell bitten ſollent: mit der Beſchaidenheit, das wür der vorbenanten Hueb dem vorgenanten Gottshauſs ze Schlechdorf recht gewern ſein, als aigens Recht iſt, undt des Landtes, und der Grafſchafft, da die Hueb inne gelegen iſt. Des zu ainen Vrkhunt der Wahrheit des geben wir dem Gottshauſs diſen unſern offnen Brief treulichen verſigelten, undt geveſtneten mit unſers genedigen Herrn Inſigl Herrn *Berchtolds von Sevelt*, daſs er durch unſer Gebett willen daran gelet hat, Ihm ſelber an Schadten: undt ich vorgenanter Hainrich der Breumaiſter undt Diemueth mein Würthin verbinden uns mit unſern treuen under das gägenwertigen Inſigl aller das ſtett ze halten, undt zu laiſten, das vorgeſchriben ſtett, wan wir aigens Inſigl nichten haben. Das ſeint Gezeug *Iohannſs von Vſdorf*, undt Chunz der Probſt, undt Ulrich der Buchberger, undt ander erbern Leuth genueg. Das iſt geſchechen, do man zalt, von Chriſtes Geburt MCCCXXXXIX. an ſant Urbanstag.

Ludowicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bawarie. Tenore preſentium conſtare volumus univerſis tàm preſentibus quam futuris, quod *Ulricus de Holenpach* cognominatus Holernius in remedium anime ſue ac progenitorum ſuorum, in preſentia noſtra & per manum noſtram unam curiam in Holenbach, & unam in Gallenbach cum omnibus bonis & hominibus eisdem indifferenter attinentibus, cenobio in Furſtenvelden, que ſibi proprietatis titulo ex hereditaria ſucceſſione pertinebant, libere tradidit & legavit in perpetuum proprietatis titulo poſſidendas. In cuius rei teſtimonium & roboris firmitatem preſentem paginam cum annotatione teſtium conſcribi fecimus & ſigilli noſtri munimine roborari. Teſtes autem ſunt hii *Hadmarus de Laber*, *Ulricus de Vilwen*, *Hainricus de Iſoltsriedt*, *Chrelio de Montanis*, *Wernherus Chuxhuns*, *Eberhardus Vicedominus noſter*, *Perhtoldus de Wittelsshoven*, & *Fridericus Memdorf notarius noſter*, & alii quam plures. Actum & datum Wolfrathuſen anno Domini MCCLXV. VI. idus Ianuarii.

Num. III. Carta fundationis. 1266.

In nomine ſancte & individue Trinitatis amen. *Ludwicus* Dei gratia Comes Palatinus Reni Dux Bawarie, univerſis Chriſti fidelibus preſentibus & futuris hanc paginam inſpecturis in perpetuum. Quoniam labente tempore memoria plerumque labitur actionum, acta noſtra memorie digna literarum munimine duxi-

mus

nus confirmanda. Recognoſcentes itaque quod civitatem hic manentem non habemus, ſed futuram non manu factam inquirimus eternaliter permanſuram, amicos de bonis temporalibus & caducis, qui nos cum defecerimus in tabernacula eterna recipiant, favente Deo nobis facere cogitamus. Cum igitur pro remedio & ſalute meorum peccaminum atque progenitorum noſtrorum, ad honorem & reverentiam Ieſu Chriſti eiusque glorioſe genitricis ſemperque Virginis Marie, de prediis ſeu proprietatibus noſtris Abbatiam Monachorum Ciſtercienſis Ordinis fundare iam cepimus & conſummare auxiliante Domino feliciter & efficater intendamus; preſentium memorie committendum, & futurorum notitie duximus declarandum, quod ipſum fundationis noſtre locum dictum Furſtenvelt poſſeſſionibus iam dotavimus hic ſubſcriptis, nec non cum hominibus qui proprii noſtri ſunt, eorumque poſteritate in ipſis prediis reſidentibus, hiis etiam adiunctis qui in dictis prediis nunc manentes iure advocatico nobis attinent: ita videlicet ut ipſi advocatici ab omni ſervitio ſeu iure quo nobis tenentur liberi maneant & quieti, donec ipſi memorato Monaſterio de noſtris propriis committentur. Concedimus etiam ut noſtris ipſiusque Eccleſie hominibus liceat viciſſim contrahere matrimonia, ita ut eorundem contrahentium heredes nobis & Eccleſie iam dicte equaliter dividantur. Promittimus nihilominus de gratia ſpeciali, ut ſi qui de noſtris hominibus in prediis Eccleſie prefate locati fuerint, illi ab omni ſervitio & exactione nobis debita quieti permaneant, quam diu in eisdem prediis fuerint reſidentes. Donavimus autem ſepedicte Eccleſie in villa Geimbach V. curias cum ſilvis, pratis, paſcuis, omnibusque attinentibus cultis & incultis, quarum curiarum unam tenet iam adhuc Agnes uxor Egenhovarii pro beneficio perſonali ad dies ſuos tantum: in villa Puch V. curias cum decima & omnibus ſuis attinentiis: Michilnove curiam unam, Burgaldeshuſen VI. predia, Urſenhoven molendinum, Hergolswiſen IV.

predia, Hohenſtraze II. predia, Oberncbirchaim I. curiam, Barre prediolum, Stuben curiam & prediolum, Hohenrieth II. predia, Burgck curiam, Berge II. curias & Vorſtlehen, Linthach curiam, Stegen curiam & predium, Ettelshuſen curiam, Nabov II. predia, Herthuſen prediolum, Ius patronatus Eccleſie in Halmbach cum omnibus ſuis attinentibus, Ingolsberge II. curias, Ublingen IV. predia, Strusdorf II. curias, Rorsdorf curiam, Berchangen curiam, Puren in monte curiam, Chulbringen hubam, Norderndorf predium, Tal curiam & hubam, Snait curiam, Buheln antenemus predium, Praitenberge IV. predia, Wippenkirchen curiam & predium, Golthing II. predia & prediolum, Talheim tres hubas, Berchach II. hubas & prediolum, Hainrichdorf hubam, Oede hubam, Hainburch II. hubas & predium, Kyrchſtige prediolum, Slathain & Nitbuch II. prediola, Tothendorf predium, Harroez curiam, Pozzenberge curiam, Ried curiam, Stumphsbach vacariam, in Tolnze & Hohenburch decimam omnium proventuum noſtrorum quos ibidem habemus nunc, & habebimus in futurum. Hec & alia a nobis iam data & inpoſterum danda, prenominato Monaſterio & fratribus inibi Deo ſervientibus ſalva & integra per nos & omnes heredes noſtros volumus perpetuo conſervari. Preterea cum conſtet Ciſtercienſem ordinem a ſede apoſtolica & munificentia Imperiali ſpecialis prerogative gratia pre ceteris religionum ordinibus dotatum ſicut & exemptum, ut ſuper omnibus bonis & hominibus ſuis advocatum habere omnino non debeant, niſi quem ſponte ſibi duxerint eligendum, qui eos ſine omni emolumento & actione qualibet protegat & deffendat ſimpliciter propter Deum: nos eadem gratia prenominatum fundationis noſtre locum frui volumus perpetuo & gaudere. Decernimus inſuper ut nulli omnino iudicum noſtrorum ſuper bonis & hominibus antedicti Monaſterii, niſi in caſu tantum ſanguinis hic expreſſo, videlicet furto, homicidio, & violenta oppreſſione, liceat aliquod iudicium exercere:

cere: quod tamen ſic diſtinguimus, ut ſi de premiſſis exceſſibus quis reus in bonis Eccleſie reſidens fuerit deprehenſus, iudex non de Monaſterii rebus mobilibus, ſed de perſona rei tantum ſui iuris iudicium proſequatur. Adiicimus preterea ut ſi quas poſſeſſiones a nobis infeodatas, quarum proprietas ad nos ſpectat, ſupra dicti fratres ſibi comparaverint, aut pro Deo in Elemoſinam datas acceperint, libere eas recipere liceat, & deinceps titulo proprietatis easdem iure perpetuo pacifice poſſideant & quiete. Igitur volumus ut de omnibus victualibus ſuis ducendis per aquas vel per terram, in omni noſtro dominio, nullum omnino theloneum aut muttam ſolvant, ſed de hiis omnibus liberi ſint perpetuo & immunes. In huius donationis noſtre teſtimonium preſens inſtrumentum exinde confectum, cum teſtium ſubſcriptione noſtri ſigilli munimine iuſſimus roborari. Teſtes autem ſunt Dominus *Cunradus venerabilis Epiſcopus Friſingenſis, Dominus Hartmannus venerabilis Epiſcopus Auguſtenſis, Cunradus dilectus avunculus noſter ſecundus, Ierusalem & Sicilie Rex Dux Suevie. Meinhardus* Comes *Goritie, Gebhardus* Comes *de Hirſchberch, Albertus Prothonotarius noſter Prepoſitus de Ellenmunſter, Eberhardus Vicedominus, Dietricus quondam Vicedominus, Fridericus de Trukendingen, Albertus Liuzmannus, Albertus de Pruckberch, Hadmarus de Laber, Bernhardus de Wilheim, viri nobiles: Hermannus de Hagniberch, Cunradus de Haldenberch, Berchtoldus Marſcalcus de Schilperch, Ulricus filius ſuus, Arnoldus de Meſſenhuſen, Ulricus de Chamerberch, Chunradus de Chamer, Winhardus de Rorback, Ulricus de Samerdorf, Gerungus de Errembach, Wignandus Vicedominus, Berchtoldus Notarius, fideles noſtri*, & alii quam plures viri providi & honeſti. Datum Monaci anno Dom. Incarnat. MCCLXVI. indictione IX. menſe Febr. VIII. Kal. Martii.

Num. IV. Bulla confirmationis Clementis IV. P. M. 1266.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati Monaſterii de Furſtenvelt eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe preſidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus, aut eos a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacre religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus & monaſterium ſancte Dei genitricis & Virginis Marie de Furſtenvelt Friſingenſis Dioceſis, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus qui ſecundum Deum & beati Benedicti regulam atque inſtitutionem Ciſtercienſium fratrum, a vobis poſt Concilium generale ſuſceptam, in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quascunque poſſeſſiones, quecunque bona idem monaſterium in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis; locum ipſum in quo prefatum monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Terras & poſſeſſiones quas habetis in loco qui de Holembach vulgariter nuncupatur cum pertinentiis ſuis, terras & poſſeſſiones ſitas in locis de Geinpach, Puch, Thale & Purchaldeshuſen vulgariter nominatis, cum pertinentiis ſuis, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuaciis & paſcuis in boſco & plano, in aquis & molendinis, in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immu-

munitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum, que propriis manibus aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de ortis, virgultis & piſcationibus veſtris, ſeu de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis Clericos vel Laicos liberos & abſolutos e ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem, fas ſit ſine Abbatis ſui licentia de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero absque communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere: quod ſi quis forte temere preſumpſerit, licitum vobis ſit in ipſos Monachos & converſos regularem ſententiam promulgare. Illud diſtrictius inhibentes, ne terras ſeu quodlibet beneficium Eccleſie veſtre collatum liceat alicui perſonaliter dari ſeu alio modo alienari, absque conſenſu totius Capituli vel maioris aut ſanioris partis ipſius. Si que vero donationes aut alienationes aliter quam dictum eſt, facte fuerint, eas irritas eſſe cenſemus. Adhec etiam prohibemus, ne aliquis Monachus vel converſus ſub profeſſione veſtre domus aſtrictus, ſine conſenſu & licentia Abbatis & maioris partis Capituli veſtri pro aliquo fideiubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat, ultra ſummam Capituli veſtri providentia conſtitutam, niſi propter manifeſtam domus veſte utilitatem. Quod ſi facere forte preſumpſerit, non teneatur Conventus pro hiis aliquatenus reſpondere. Licitum preterea ſit vobis in cauſis propriis ſive civilem ſive criminalem continentur queſtionem, fratrum veſtrorum teſtimoniis uti, ne pro defectu teſtium ius veſtrum valeat in aliquo deperire. Inſuper auctoritate Apoſtolica prohibemus; ne ullus Epiſcopus vel quelibet alia perſona ad Synodos vel Conventus Forenſes vos ire, vel iudicio ſeculari de propria ſubſtantia veſtra vel poſſeſſionibus veſtris ſubiacere compellat, nec ad domos veſtras

ſtras cauſa ordines celebrandi, cauſas tractandi, vel aliquos conventus publicos convocandi venire preſumat, nec regularem electionem Abbatis veſtri impediat, aut de inſtituendo vel removendo eo qui pro tempore fuerit, contra ſtatuta Ciſtercienſis Ordinis ſe aliquatenus intromittat. Si vero Epiſcopus, in cuius Parochia domus veſtra fundata eſt, cum humilitate & devotione qua convenit requiſitus, ſubſtitutum Abbatem benedicere & alia que ad officium Epiſcopale pertinent vobis conferre renuerit, licitum ſit eidem Abbati, ſi tamen ſacerdos fuerit, proprios novicios benedicere, & alia que ad officium ſuum pertinent exercere, & vobis omnia ab alio Epiſcopo percipere, que a veſtro fuerint indebite denegata. Illud adiicientes ut in recipiendis profeſſionibus, que a benedictis vel benedicendis Abbatibus exhibentur, ea ſint Epiſcopi forma & expreſſione contenti, que ab origine ordinis noſcitur inſtituta: ut ſcilicet Abbates ipſi Epiſcopo ſalvo ordine ſuo profiteri debeant & contra ſtatuta ordinis ſui nullam profeſſionem facere compellantur. Pro conſecrationibus vero altarium vel Eccleſiarum, ſive pro oleo ſancto vel quolibet Eccleſiaſtico ſacramento nullus a vobis ſub obtentu conſuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere, ſed hec omnia gratis vobis Epiſcopus Dioceſanus impendat; alioquin liceat vobis quemcunque malueritis Catholicum adire antiſtitem, gratiam & communionem apoſtolice ſedis habentem, qui noſtra fretus auctoritate vobis quod poſtulatur impendat. Quod ſi ſedes Dioceſani Epiſcopi vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica ſacramenta a vicinis Epiſcopis accipere libere & absque contradictione poſſitis: ſic tamen ut ex hoc in poſterum proprio Epiſcopo nullum preiudicium generetur. Quia vero interdum proprii Epiſcopi copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum, Romane ſedis ut diximus gratiam & communionem habentem, de quo plenam noticiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones vaſorum, veſtium,

con-

consecrationes altarium, ordinationes Monachorum auctoritate sedis apostolice recipere valeatis. Porro si Episcopi vel alii Ecclesiarum rectores, in monasterium vestrum vel personas inibi constitutas suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententias promulgaverint; sive etiam in Mercenarios vestros pro eo quod decimas, sicut dictum est, non persolvitis, sive aliqua occasione eorum que ab apostolica benignitate vobis indulta sunt; seu benefactores vestros pro eo quod aliqua vobis beneficia, vel obsequia ex caritate prestiterint vel ad laborandum adiuverint, in illis diebus in quibus vos laboratis & alii feriantur, eandem sententiam protulerint; ipsam tamquam contra apostolice sedis indulta prolatam decernimus irritandam: Nec littere ille firmitatem habeant, quas tacito nomine Cistercienſis ordinis, & contra indulta Apostolicorum privilegiorum constiterit impetrari. Preterea cum commune interdictum terre fuerit, liceat vobis nihilominus in vestro monasterio exclusis excommunicatis & interdictis divina officia celebrare. Paci quoque & tranquilitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ordini vestro concessas nec non libertates & exemptiones secularium exactionum a regibus & principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, imminuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione ac substentatione concessa sunt usibus omnimodis

profutura: salva sedis apostolice auctoritate. Siqua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertioque commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua servantibus iura sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant & apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant Amen, Amen. Ego Clemens Catholice Ecclesie Episcopus subscripsi, ego Otto Tusculanus Episc. SS. &c. Datum Viterbii per manum Magistri Michaelis S. Romane Ecclesie Vice-Cancellarii, decimo quinto Kal. Marcii Indict. X. Incarnationis Dominice MCCLXVI. pontificatus vero Domini Clementis Pape IV. anno tertio.

Num. V. Confirmatio Ducalis venditionis. 1267.

Nos Lodwicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bawarie. Tenore presentium profitemur, & patere volumus tam presentibus quam futuris, quod cum dilecti nobis venerabilis Abbas & Conventus in Furstenvelt, ab *Ulrico & Heinrico* fratribus carnalibus *de Holzchirchen*, pratum in Altingen sine contradictione qualibet emerint, pro decem libris iure perpetuo proprietatis titulo possidendum, & predicti Ulricus & Heinricus idem pratum dederint: absolute nos eandem venditionem ac donationem ratam ac firmam una cum heredibus nostris decrevimus observare. In cuius rei testimonium presentem literam dari fecimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum Monaci anno Domini MCCLXVII. XII. Kal. Marcii.

Num.

Num. VI. Conſtitutio feudi fœminini. 1267.

Nos Lodwicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bawarie, tenore preſentium profitemur & patere volumus univerſis preſentes literas inſpecturis, quod nos conſideratis devotis & fidelibus ſerviciis que *Hainricus Privo* nobis exhibuit, & exhibet indefeſſe, eidem hanc gratiam fecimus, ut Hildegundis uxor ſua, & univerſe filie ſue quas ex ipſa habet, & habuerit in futuro, in omnibus bonis que a nobis titulo feudali poſſidet, poſt deceſſum ſuum eo iure gaudeant, quo dictus Hainricus vivens a nobis gaudebat in ipſis: & ut hec gratia dicte Hildegundi & pueris ſuis, per nos & heredes noſtros inviolabiliter obſervetur, preſens ſcriptum in teſtimonium huius facti ipſis dari iuſſimus, noſtri ſigilli munimine roboratum. Datum Partenchirchen anno Domini MCCLXVII. proxima dominica poſt feſtum beati Michaelis.

Num. VII. Privilegium fori. 1271.

Nos Lodwicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bawarie, tenore preſentium profitemur, notum facimus univerſis *quod cum cenobium in* Furſtenvelt per nos ſit fundatum, nec non prediis noſtris dotatum, ut ab oppreſſionibus univerſorum iudicum & officialium noſtrorum ipſum monaſterium relevemus, iudicium ſiquid de bonis vel hominibus eidem per nos traditis querelantibus fieri poſſet, noſtre poteſtati plenarie reſervamus. Inhibentes univerſis iudicibus & officialibus noſtris, quod deinceps nullus ipſorum de predictis hominibus vel bonis cuicunque iudicium faciat querelanti, preſertim cum perſonaliter parati ſimus de bonis & hominibus ſepedicti monaſterii omnibus querelantibus facere iuſtitie complementum. Ad maiorem ſiquidem premiſſorum obſervantiam & roboris firmitatem, preſentem cartam conſcribi fecimus ac noſtri ſigilli munimine roborari. Actum & datum in cenobio Furſtenvelt anno Domini MCCLXXI. III. Kal. Iunii.

Num. VIII. Incorporatio Eccleſiæ Pfeffingen. 1271.

Nos Chunradus Dei gratia Eccleſie Friſingenſis Epiſcopus, conſtare volumus univerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris ad quos pervenerit preſens ſcriptum, quod cum illuſtris Dominus Ludewicus Comes Palatinus Rheni Dux Bawarie, pie zelo devotionis accenſus monaſterium ſancte Marie in Furſtenveld Ciſtercienſis ordinis noſtre dioceſis fundaverit, dotaverit, & pro ſuis heredumque ſuorum magnificare propoſuerit ſepulturis: nos ad devotionis ſue propoſitum ampliandum, ad petitionem & inſtantiam eiusdem Domini & amici noſtri kariſſimi ducis Ludewici, accedente ad hoc legitima Capituli noſtri voluntate, Baptismalem Eccleſiam in Pfeffingen, in cuius Eccleſie terminis prefatum monaſterium eſt ſub monaſticis regulis conſtitutum, eidem monaſterio in ſubſidium & ad uſus perpetuos fratrum ibidem Deo famulantium, cum univerſis proventibus ſeu obventionibus temporalibus, decimis & aliis adtinentibus univerſis, donavimus pleno iure: cathetratico, & aliis iuribus Epiſcopalibus nobis in eadem Eccleſia & ſucceſſoribus noſtris tantumodo reſervatis. In reconpenſationem autem ſeu permutationem Eccleſie memorate, predictus Dux Ludewicus amicus & conſanguineus noſter Eccleſiam in Strauzdorf, noſtre dioceſis, ad ipſius preſentationem ſpectantem ab antiquo, cum redditibus duarum librarum monacenſium eidem Eccleſie in Strauzdorf noviter per eundem Ducem vel eius officiales aſſignandis, & cum univerſis iuribus eiusdem Eccleſie ad ipſum ducem ſpectantibus, nobis & Eccleſie Friſingenſi pro ſe ſuisque heredibus libere ac liberaliter tradidit & donavit. In huius itaque permutationis ſeu donationis noſtre robur & perenne teſtimonium preſentem cedulam prefato monaſterio in Furſtenveld tradidimus noſtri & Capituli noſtri ſigillorum munimine roboratam. Datum Friſinge anno Domini MCCLXXI. predie non. Novembris.

Num.

Num. IX. Donatio pia. 1272.

In nomine Domini amen. Ich *Eberhart der Kemnater* tun kunt allen den die disen Brieve lesent, oder hörent lesen, dafs ich den Hof ze Pfædendorf, den min erstin Husfrowe Fro *Kungunt*, mit mines Herrn des edéln Hertzogen Ludwiges von Baiern Urlob, schuf vor drien Iaren unser Frowen hintz Furstenvelt, durch ir Sel willen, wan er ir recht Aigen was und ir Morgengab von irem vordern Wirt; doch also, dafs ich denselben Hof nietzen solt, diewile ich lebt: mit demselben Recht, und mit allem dem Recht, die ich uf dem vorgenanten Hof het, oder haben mocht uf dem vorgenanten Kloster ze Furstenvelt, durch miner und aller miner vordern Sele willen, dem Chonvent der da Got dienet ze niezzen ewiklichen; und wil ouch ob sin Not geschicht dure gab Gewer sin als recht ist. Und darumb das disiu Gab stæt ewiklichen belib, so han ich disen Brievè haizen geschrieben, gevestenten mit minem Insigel. Ditz Dinges sint Geziuge *Hainrich und Ulrich min Bruder*, *Chunrat Pretschlaifer*, *und sin Sun Hainrich*, *Iacob Rumolds Sun*, *Hainrich der Vogt*, *Alber der Vuhs*, und ander frum Lut. Do disiu Gab geschach, do waren von Christes Geburt MCCLXXII. Iar, an dem nechsten Tag nach sant Martinestag, ze Prandenpurch uf der Burge.

Num. X. Refutatio precariæ. 1273.

Nos Lodwicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bawarie, omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in eo qui est vera salus. Ne gestorum veritas in posterum opprimatur, expedit eam scripture testimonio adiuvari. Ad certitudinem igitur presentium & memoriam faturorum cupimus pervenire, quod Ulricus cognominatus Holermus, unam curiam sitam in Holenpach & alteram curiam in Gallenpach sibi proprietatis titulo attinentes, quas pridem cenobio in Campo principis ordinis

Ciſtercienſis legaverat, ab ipſo cenobio ſeu monaſterio, iure recipiens precario pro vite ſue ac uxoris ipſius termino poſſidendas; heredibus amborum iure precario hoc exemptis. Poſtmodum vero termino aliquo temporis elapſo prefatus Ulricus, coram multis viris diſcretis & honeſtis in noſtra conſtitutus preſentia, tam proprietati predictarum curiarum, quam etiam iuri ſuo precario iam premiſſo, feodo etiam quodam incluſo, quod ſitum eſt in agris predicte curie Holenpach attinentibus, una cum uxore ſua libere renuncians, ac preciſe, antedicto monaſterio cum manu noſtra tradidit, perpetuo libere poſſidendas. Ita videlicet, quod nec heredes nec poſterorum aliquis ipſorum de propagine ſua ſibi quicquam iuris ſeu actionis, de predictis duabus curiis, ac etiam de feodo memorato in preiudicium prefati monaſterii, deinceps valeat vel debeat vindicare. Nos itaque ſuper premiſſis omnibus conſenſum & aſſenſum noſtrum, ſepedicto cenobio, preſentibus condonantes, eas ſigilli noſtri robore iuſſimus communiri. Cum teſtibus ſubnotatis, qui ſunt *Gebhardus de Wilheim, & Heinricus de Sevelt, viri nobiles; Heinricus de Preiſingen, Perhtoldus Pincerna de Snaitpach, Chunradus de Maſſelrein, Chunradus de Haslangen, Wernherus & Eberhardus dicti Graetzel, Ulricus Marſcalcus curie noſtre, Heinricus de Sachſenhauſen, Chunradus de Aberſtorff milites: Otto dictus Laiminger, Albertus dictus Chretzil, Ortlinus de Lauppach*, ac plures alii fide digni. Actum & datum in Monaco anno Domini MCCLXXIII. XVII. Kal. Aprilis.

Num. XI. Appropriatio feudi. 1273.

Nos Lodwicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bawarie. Ad certitudinem preſentium & memoriam futurorum ſerie huius ſcripti cupimus pervenire, quod dilectus fidelis noſter *Heinricus de Eiſoldried* in preſentia noſtra conſtitutus, univerſa bona ſua ſita in villa Perge, videlicet curiam unam, fundum unius molen-

lendini, cum advocatia Ecclesie in eadem villa, que omnia in feodo a nobis possidebat, nostris manibus libere resignavit, legando eadem solute donavit Ecclesie in Campo principis, cum omnibus iuribus sibi in eisdem competentibus, agris videlicet cultis & incultis, quesitis & inquirendis, aquarum decursibus, pascuis & pratis, post mortem suam perpetuo possidenda. Has itaque ad instantiam predicti *H. de Isolriedt* fidelis nostri, de plenitudine gratie nostre omnem proprietatem predictorum bonorum in villa Perge que nos contingebat prefate Ecclesie in Campo principis, cuius promotionis augmentum sincere diligimus, libere condonantes ad usus ipsius Ecclesie perpetuo conservandam. Dictus vero H. fidelis noster bona prelibata pro tempore vite sue possidebit, hac conditione interposita & adiecta, quod censum competentem, videlicet unam libram cere, prefate Ecclesie singulis annis solvet, & venerabilis Abbas sepedicte Ecclesie plenariam habebit potestatem locandi bona superius expressa, instituendo & destituendo colonos in eisdem, prout Ecclesie sue utilitatibus viderit expedire. Defuncto quoque sepedicto H. fidele nostro, memorata Ecclesia universa *bona cum* advocatia Ecclesie in villa Perge, nec non proprietate, que nobis in ipsis bonis omnibus competebat prout superius est expressum, in perpetuum solute & libere possidebit. In cuius rei evidens testimonium, presens instrumentum fieri fecimus, ac sigilli nostri robore communiri, cum testibus subnotatis, qui sunt *Albertus Prepositus Ilmunstrensis Prothonotarius noster, Fridericus Notarius curie nostre, Albertus de Prukperch, Chunradus de Lukeppruch; viri nobiles Perhtoldus, Ulschalcus & Heinricus Comites de Eschelloch, Heinricus de Sachsenhausen, Perhtoldus de Guntzelhoven,* & quam plures alii fide digni. Actum & datum Monaci anno Domini MCCLXXIII. quarto idus Iunii.

Num.

Num. XII. Appropriatio feudi. 1280.

In nomine Domini amen. Ne gesta hominum oblivionis devio perimantur, expedit ea scripturarum subsidiis roborari. Nos *B. de Schawenburc* Archidiaconus & Canonicus Augustensis, *Heinr. & Berth.* filii quondam *Domini H. de Schawenburc* militis, universis cupimus esse notum per litteras presentes, quod bona in Ainhartshoven sita que *Berth. de Snaipach* senior a nobis feodali titulo hucusque tenuit, discreta prehabita deliberatione, prefato B. nec non omnibus quibus donare voluerit bona predicta cum omnibus suis attinentiis, pratis, nemoribus, pascuis, quesitis & postmodum inquirendis, proprietatis titulo contulimus liberaliter & pacifice possidenda. Et ut hec robur firmitatis obtineant, presentes sibi donavimus sigillorum nostrorum munimine fidelius roboratas. Testes huius rei sunt *S. de Riet*, *O. de Alenasmos milites*, *Ulricus Clericus & H. fratres dicti monasterii*, *Fridericus de Wiou*, *Ulricus de Riet*, *Goutfr. de Gundelfingen*, *& H. de Westendorf*, *Albertus de Sundhaim*, & alii quam plures, ydonei & fideles. Acta sunt hec anno Domini MCCLXXX. XVIII. Kal. Septembris.

Num. XIII. Incorporatio Ecclesiæ Holenpach. 1283.

Hartmanus Dei gratia Ecclesie Augustensis Episcopus universis presentium inspectoribus salutem in eo qui est omnium vera salus. Cum avunculus noster predilectus, illustris vir Ludwicus Comes Palatinus Rheni Dux Bawarie, sue & progenitorum suorum saluti feliciter intendens, ius patronatus Ecclesie in Holenpach cum filiabus sibi annexis & aliis pertinentibus, quod ipsum contingebat, dilectis in Christo Abbati - - & Conventui monasterii in Furstenvelt ordinis Cistercienſis Frisingensis Diocesis donavit pleno iure: noverint universi presentium inspectores, quod nos dictis Abbati & Conventui nunc & in posterum cupientes pie in Domino providere, de provido & bono Capituli nostri consilio

filio & assensu prefatam Ecclesiam Holenpach cum omnibus attinentiis, eisdem Abbati & Conventui donamus & donavimus, tam in spiritualibus quam in temporalibus regendam perpetuum & tenendam. Salvis tamen nobis nostris iuribus in omnibus & servatis, & quod ad regimen ipsius Ecclesie cum a sacerdote nunc perpetuo vicario ibidem vacare ceperit, clerum secularem idoneum nobis & nostris successoribus instituendum pro vicario representent, cui in prebenda sic honesta provideant, ut Episcopis Augustensibus, Archidiaconis & Decanis loci in iuribus, obedientiis debitis & consuetis valeant respondere. In cuius nostre donationis evidens testimonium & perpetuam firmitatem, presentes inde confectas nostro & Capituli nostri sigillis fecimus fideliter communiri. Actum & datum Auguste anno Domini MCCLXXXIII. in Vigilia beati Thome Apostoli.

Num. XIV. Donatio memorabilis. 1285.

Nos Lodwicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bawarie, notum facimus presentium inspectoribus universis: quod cum dilectus *fidelis noster Berchtoldus Pincerna de Snaitpach*, omnia *bona* sua sive eum titulo proprietatis respicerent, sive feudi, illa duntaxat que a nobis tenuit iure feudi, sive ius illud, quod ei competere potuit in premissis, in viros religiosos venerabilem Abbatem & fratres monasterii in Furstenvelt Cistercienſis ordinis, Frisingensis Diocesis, in anime sue remedium transtulerit, eisque donaverit, & tradiderit omnia bona illa: In donationem huiusmodi consentimus, eamque auctoritate presentium approbamus, & proprietatem illam, que nobis in bonis illis que a nobis in feudum tenuit in anime nostre, & progenitorum nostrorum remedium donamus, & tradimus eidem Abbati & fratribus antedicti monasterii, ad possidendum perpetuo, & tenendum; ab hiis, tamen *mansitionem illam in Geraut* cum suis pertinentiis, expresse ac no-

minatim excipimus, cum ſibi in bonis eisdem nihil aliud competat, niſi uſus fructus ſolummodo pro tempore vite ſue. Ex tunc enim ad nos vel heredes noſtros bona eadem libere & ſine difficultate qualibet revertentur. De voluntate noſtra etiam procedit donatio, quam ipſis fecit de omnibus mobilibus bonis ſuis. In cuius rei teſtimonium preſentes damus ſigilli noſtri robore communitas. Datum in Dachawe anno Domini MCCLXXXV. VI. idus Octobris.

Num. XV. Donatio decimarum in Tolz & in Neuburg. 1287.

Nos Lodwicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bawarie, tenore preſentium notum facimus univerſis, quod ab reverentiam ſancte & glorioſe Virginis Marie & in remiſſionem noſtrorum pecaminum, ac progenitorum noſtrorum, viris religioſis Domino Abbati & fratribus monaſterii in Furſtenvelt, quod plantavimus, hanc donationem & gratiam duximus faciendam, ut eis decime omnium redituum de bonis noſtris in Tœlntz nobis ad granarium noſtrum in Wolfrathuſen provenientium, nec non univerſorum reddituum noſtrorum ad granarium noſtrum in Niwenburch nobis provenientium, quos nunc habemus & in poſterum habebimus, ſolvi debeant annuatim: ita quod granatores noſtri in predictis locis poſtquam predictos redditus ad predicta granaria perceperint, eis decimas inde ſolvant. Si autem de predictis bonis aliqua alicui dederimus ſeu contulerimus, aut per quemcunque modum alienaverimus, de hiis eis decime non ſolventur; in quo ſibi non reputabunt inferri preiudicium vel gravamen. Inſuper ipſis duas carratas vini latini antique menſure, ducentos caſeos, unam ſaginam olei predialem, continentem ſeptem *Gelten*, de granario noſtro Monaci, & quatuor magnas cupas ſalis de theloneo noſtro in Wazzerburch ſolvi annis ſingulis deputamus.

In-

Indulgentes ut eadem victualia undique per noſtros diſtrictus ſine exactione thelonei transvehantur. In cuius rei teſtimonium ipſis pro nobis & heredibus noſtris preſentem literam dedimus, noſtri ſigilli robore communitam. Datum Monaci anno Domini MCCLXXXVII. VIII. idus Februarii.

Num. XVI. Fundatio anniverſarii. 1289.

Nos frater Volchmarus Abbas in Furſtenvelt ordinis Ciſtercienſis, notum eſſe volumus, tam poſteris quam modernis; quod dilectus nobis in Chriſto *Chonradus* miles dictus *Apſlundorf*, in ſolucione medie curie in Ermenchoven, quam integram pro XXXIX. libris Monacenſibus conparavimus, ipſe XX. lib. Auguſt. in remedium anime ſue ac uxoris ſue *Mehthildis* & omnium propinquorum ſuorum nobis ſub tali conditione fideliter aſſignavit, ut videlicet annis ſingulis in die omnium animarum vel poſt mortem ſuam in die anniverſarii ſui Conventui ſervicium valens XII. ſolid. Monac. quatuor ſcilicet ſolidos pro urna vini & quatuor pro pulcro pane triticeo & quatuor pro piſcibus, & aliis quoque neceſſariis miniſtremus, niſi forte grandinis, vel cariſtie neceſſitas hoc impediat faciendum. Preterea hoc eidem duximus promittendum, ut ubicunque infra duas dietas ipſe vel uxor eius prenominata deceſſerit, ibi eos recipere, ac in media parte noſtri ambitus qui *lectio* dicitur, debemus honorifice ſepelire. In cuius rei teſtimonium preſentem literam conſcripſimus noſtri ſigilli munimine roboratam. Teſtes huius rei ſunt *Dominus Hermanus Prior, frater Giſelbertus, Dominus Gerhardus, Ulricus Cuſtos, frater Fridericus Supprior, & ceteri de Conventu.* Datum & factum anno Domini MCCLXXXIX. III. Kalend. Ianuarii.

Num. XVII. Confirmatio Ducalis donationis. 1289.

Nos Lodwicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bawarie, notum facimus presentium inspectoribus universis, quod *Fridericus de Guntzelhoven* miles noster, de nostra conscientia Domino Abbati Conventui & Cenobio in Furstenvelt, nostre plantationi, in remedium anime sue curiam sitam in Guntzelhoven que Sedelhof vocatur, curiam ibidem sitam quam a *Watone de Gekkenpeunte* emit, & pratum ibidem sive *angare*, quod emit a Pachnario, cum illorum bonorum pertinentiis, legavit donavit & tradidit, ac pleno iure dominii transtulit in eosdem: que etiam bona cum proprietatis titulo contingebant, excepta quadam parte dicte curie, que Sedelhof vocatur, que est feudum a nobis, quam etiam partem ad manus nostras resignavit, & nos proprietatem eiusdem in eundem Dominum Abbatem & monasterium suum transtulimus pleno iure. Ad hec idem Fridericus tres curias & unam hubam in Hänshoven que bona similiter a nobis in feudum tenuit, ad manus nostras libere resignavit, ea per nos in predictum Abbatem & monasterium in Furstenvelt proprietatis titulo transferenda, & nos ipsa bona cum omnibus suis pertinentiis, cultis & incultis, quesitis & inquirendis, ad instantiam eiusdem Friderici de Guntzelhoven in prenotatum Dominum Abbatem & monasterium in Furstenvelt, ob remedium anime nostre & progenitorum nostrorum transtulimus titulo proprietatis perpetuo possidenda: *Chonrado de Guntzelhoven* fratre memorati Friderici de Guntzelhoven, impeditioni sive actioni, quam movit de eisdem bonis, renunciante coram nobis simpliciter & precise. Ceterum memoratus Dominus Abbas & Conventus in Furstenvelt, permutaverunt memoratam curiam dictam Sedelhof sitam in Guntzelhoven, que a predicto Friderico de Guntzelhoven est ad eos sicut continetur superius devoluta, *Paldmaro fratrueli eiusdem Friderici de Guntzelhoven*

pro

pro una huba in Mamendorf, cum ſuis pertinentiis, que eundem Paldmarum proprietatis titulo contingebat, & pro una curia in Walchshauſen, cum ſuis attinentiis, quam a nobis in feudum tenuit, & eam ad manus noſtras reſignavit, & nos ipſam cum omnibus ſuis pertinentiis ratione huiusmodi permutationis, proprietatis titulo ſimiliter transtulimus in Dominum Abbatem & monaſterium intedictos. In cuius rei teſtimonium preſentes damus ſigilli noſtri robore communitas. Datum Friſinge anno Domini MCCLXXXIX. idibus Decembris.

Num. XVIII. Conſtitutio vitalitii. 1292.

Nos Lodwicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bawarie, notum facimus preſentium inſpectoribus univerſis, quod cum *Chunradus de Sunderdorf, Cellerarius noſter*, curiam in Zeildlarn, quam a nobis tenuit in feudum nobis reſignaverit, in remedium anime ſue per nos in Dominum Abbatem, & cenobium in Furſtenveld ac fratres eiusdem cenobii transferendam: proprietatem eiusdem curie ipſis cenobio, Abbati & fratribus dedimus & *damus, donavimus* & donamus, tradidimus & tradimus, ac in eos pleno iure dominii transtulimus & transferimus perpetuo poſſidendam. Ipſe etiam Dominus Abbas & fratres eidem *Chunrado de Sunderdorf, & Irngardi* uxori ſue quam nunc habet, eandem curiam ſub penſione annua, videlicet pro tribus Galveis ſiliginis & tribus avene, ac toto territorio, quod in predicta curia excultum fuerit locaverunt, ita quod altero eorum ſublato de medio, ipſa curia ceſſante huiusmodi locatione ad memoratum cenobium ſine difficultate qualibet devolvatur. In cuius rei teſtimonium preſentes damus ſigilli noſtri robore communitas. Datum Monaci anno Domini MCCXCII. IV. idus Aprilis.

Num. XIX. Confirmatio Ducalis venditionis. 1293.

Wir Lodwich von Gotes Gnaden Pfallentzgrafe ze Rein und Hertzog ze Baiern, tun chunt allen den die disen Brief ansehent oder hörent lesen, daz *Chunrad Tivelhart* unser Burger ze Munchen dem Abbte, und dem Chloster ze Furstenvelt, vor uns, mit unser Hant, und mit unser Gunst verchauft hat, einen Hof und ein Hube ze Weblingen, die sin aigen waren, mit Leuten und mit Gut und allen dem daz dazu gehört, besucht und unbesucht, umb sünff und süntzich Pfunt Muncherpfeningen, den si in ir Gewer habent, und sol er In Stätigunge tun, die wir in haizzen tun, daz er desselben Gutes ir Gewer sei, und schaffe daz sich sinew Chint verzeichen desselben Gutes vor unser Frauen Tag ze Liechtmesse, der schierst chumt: Und geschach der vorgenanten Gewerschaft noch Verzeichnuzze niht ein der Frist, so hat er dem Abbte und dem Chloster *Heinrichen den Wurm* Burger ze Munchen ze Porgen gesetzet, und darzu zwen ander Burger von Munchen, die sullen dem Abbt und dem Chloster sin Pfenningen wider geben an allen Schaden. Tunde si des niht, swelhen Schaden der vorgenant Abbte und daz Chloster der Pfenningen genomen hat, oder niut den suln si in abtun. Diser Teidingen und ditzes Gewerstes sint Geziuge, *Herr Heinrich von Essoltsriede und Chunrade von Starzhausen, unser Ritter und unser Getrewen, Dietrich und Hainerich von Starzhausen, Lodwich der Schenkhe aus der Awe, Albrecht der Hausner, und Otte von Huntsperch, unser Viztum.* Der Brief ist geben ze Snaitpach, da von Christes Geburt waren MCCXCIII. Iar, des Pfintztag nach sand Lucientag.

Num. XX. Confirmatio donationis a ministeriali facta. 1293.

Nos Lodwicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bawarie, notum facimus presentium inspectoribus universis, quod

Hein-

Heinricus de Hohenchirchen, nunc iudex noſter in Swaben, & *Diemudis* uxor ſua Domino Volchmaro venerabili Abbati, fratribus & monaſterio in Furſtenvelt, in remedium animarum ſuarum curiam, & hubam in Leucharsdorf cum hominibus eisdem bonis attinentibus, & molendinum in Herfurt, que bona eos proprietatis titulo contingebant, coram nobis, & per manum noſtram donaverunt, tradiderunt, & in eos pleno iure dominii transtulerunt, per eos titulo proprietatis poſſidenda. Et quia iidem *Hochenchirchius & uxor ſua titulo proprietatis nos reſpiciunt de perſonis*, ad donationem illam, & traditionem noſtram adhibuimus & adhibemus conſenſum voluntarium, & expreſſum, dantes has literas noſtri ſigilli robore communitas, in teſtimonium ſuper eo. Datum Monaci anno Domini MCCXCIII. XI. Kalendas Novembris.

Num. XXI. Donatio memorabilis. 1294.

In Gotes Namen amen. Ich *Berhtolt von Hageln, und min Sweſter, des Truchſetzen Wirtin von Küllental*, thun kunt allen den die diſen Brief ſehent oder hörent leſen, daz wir des Hafeners Hof, *daz Bach Hageln*, der unſer rechtes Aigen iſt, haben geben, und och geben unſer Frowen ze Virſtenvelt wie ein rechtes Aigen, und vor ein vreiz Aigen, und darumb ze ainem rechten Urkunde dirre getat, ſo henke ich *Berhtolt von Hageln* vorgenannt min Inſigl an diſen Brief; der *Truhſetze von Kullental* daz ſin, daz ez ſin Gunſt ſi, ſwaz ſin Wirtin mit der Aigen tut, und och hat getan; der *Spet von Vaimingen* daz ſin, der Abt von Wrſtenvelt daz ſin. Wes ſint Geziuge der *Spet von Vaimingen, mit ſinen Inſigel, Herr Hainrich der Munſter von Gundolfingen, ein Ritter, Bernolt von Bechingen, Hainrich von Scheppach, Hainrich von Staufen, Ulrich von Vaimingen, und Gerunch ſin Bruder, Wernher von Elingen, Mulich des Truchſetzen Knecht, Hainrich von Meidlingen*, und ander genuge.

nuge. Wo dirre Brief geben wart, do was von Gotes Geburte MCCXCIV. Iar an ſant Martinstage.

Num. XXII. Confirmatio & donatio Mathildis Duciſſæ Bavar. 1297.

Nos Machthildis Dei gratia Comitiſſa Palatina Rheni Duciſſa Bawarie, notum facimus preſentium inſpectoribus univerſis, quod in quibuslibet pietatis operibus predeceſſorum noſtrorum veſtigiis inherere cupientes, omnia privilegia & inſtrumenta per kariſſimum Dominum Lodwicum, Maritum noſtrum felicis recordationis, cenobio in Furſtenvelt ſue ac noſtre fundationi, ordinis Ciſtercienſis, ſuper quibuscunque iuribus, libertatibus, donationibus, gratiis & munificentiis, data & conceſſa ratificamus, approbamus & de novo concedimus: decernentes ea habere perpetui roboris firmitatem. Ceterum in remedium anime memorati Mariti noſtri recolende memorie, ſubſcriptas poſſeſſiones videlicet duas curias in Harmarshauſen, curiam unam in Oſtenhauſen, curiam unam in Herigeshauſen, mediam curiam in Urſenhoven, prediolum unum in Hinderholtz, curiam unam in Unchenbrunne piſcariam in Raetensried, tres curias in Rieden, duas curias in Chreubingen, cum omnibus pertinentiis ſuis cultis & incultis, queſitis & inquirendis, Domino Abbati, Conventui & cenobio in Furſtenvelt antedicto donavimus & donamus, tradidimus & tradimus, ac pleno iure dominii transtulimus & transferimus, conſilio & favore illuſtrium ducum, Rudolfi & Ludwici noſtrorum filiorum kariſſimorum in eosdem, per eos proprietatis titulo perpetuo poſſidendas, dantes in teſtimonium omnium preſcriptorum has literas, noſtri ſigilli robore communitas. Datum in Nwenburch anno Domini MCCXCVII. III. non. Octobris.

Num.

Num. XXIII. Confirmatio & donatio Rudolfi Baj. Ducis. 1297.

Nos Rudolfus Dei gratia Comes Palatinus Reni Dux Bawarie, notum facimus presentium inspectoribus universis, quod in quibuslibet pietatis operibus, paternis vestigiis inherere cupientes, omnia privilegia & instrumenta per eundem patrem nostrum bone memorie cenobio in Furstenvelt ordinis Cistercienfis, super quibuscunque iuribus, libertatibus, donationibus, gratiis & munificentiis data & concessa innovavimus & innovamus, approbamus & de novo concedimus, decernentes ea habere perpetui roboris firmitatem. Ceterum in remedium anime memorati patris nostri recolende memorie subscriptas possessiones, videlicet tria molendina in Auendorff, curiam Amelgerfprucke, curiam in Totendorff, prediolum ibidem, hubam in Puheln, curiam in Chirchdorff, duo prediola in Heglingen, hubam in Awe, prediolum in Gœtingen, prediolum in Wiechse, duo prediola in Gern, & Chærlingen, & vaccariam in Gerhartzrieden, cum omnibus pertinentiis suis, cultis & incultis, quesitis & inquirendis & hominibus eadem bona excolentibus, Domino Abbati, Conventui & cenobio in Furstenvelt antedicto, donavimus & donamus, tradidimus & tradimus, & pleno iure dominii transtulimus & transferimus, nostro & illustris Lodwici fratris nostri karissimi nomine in eosdem, per eos proprietatis titulo perpetuo possidendas. Insuper donationem ipsis Domino Abbati & Conventui & cenobio in Furstenvelt, per illustrem Dominam *Machtildem* genitricem nostram karissimam, & similiter in remedium anime patris nostri sepedicti de quibuslibet bonis & possessionibus factam, prout litere, que ipsis super eo dedit declarant, ratificamus, approbamus, immo cum ipsa matre nostra, quatenus nostra interest, donavimus & donamus: dantes in testimonium omnium prescriptorum has literas nostri sigilli

robore communitas. Datum Monaci anno Domini MCCXCVII. in die assumptionis beate Marie Virginis.

Num. XXIV. Privilegium jurisdictionis. 1298.

Nos Rudolfus Dei gratia Comes Palatinus Reni Dux Bawarie, notum facimus presentium inspectoribus universis, quod viris religiosis venerabilibus Abbati & Conventui monasterii in Furstenvelt Cisterciensis ordinis, exemplo & imagine dulciſſimi genitoris nostri, Domini Ludwici, quondam illustris Comitis Palatini Reni Ducis Bawarie, primitivi fundatoris eiusdem monasterii, hanc fecimus & facimus libertatis gratiam specialem, ut nullus omnino iudicum nostrorum de possessionibus & hominibus ipsis attinentibus potestatem habeat iudicandi, exceptis causis criminalibus, ut de homicidio & similibus, que sine omni exceptione condempnationem mortis demonstrare valeant evidenter. Si vero in prefatis excessibus quisquam ex hominibus prelibati monasterii reus mortis fuerit deprehensus, iudex non de ipsius deprehensi rebus mobilibus, sed de persona tantum, que commisit mortis delictum, sue auctoritatis indicium, illesa penitus sepedicta Ecclesia, prosequatur. Volumus etiam, ut prefatus Abbas vel hii, quibus suas vices comiserit, omnibus conquerentibus de suis bonis & hominibus, preterquam in dictis causis criminalibus iustitie faciat complementum. Preterea si aliquis dubietatis vel questionis scrupulus dictis Abbati vel eius officialibus super sententiis sub diversitate prolatis emerserit, non ad alium quam ad nostram erit ab eo presentiam appellandum. Quapropter singulis universaliter & singulis universis in nostro dominio constitutis; sub obtentu gratie nostre districte precipimus, firmiter iniungentes, ut huiusmodi libertatis concessionem prenominatis venerabili Abbati & Conventui in Furstenvelt a nobis factam liberaliter nullus audeat occasione aliqua ausu temerario infringere vel etiam depravare, aut

eidem

eidem conceſſioni aliquatenus contraire. In cuius rei teſtimonium preſentes damus noſtri ſigilli munimine roboratas. Datum Monaci anno Domini MCCXCVIII. Kal. May.

Num. XXV. Venditio curiæ in Gunzelchofen. 1299.

Nos Rudolfus Dei gratia Comes Palatinus Reni Dux Bawarie, notum facimus preſentium inſpectoribus univerſis, quod cum venerabilis Abbas in Fürſtenvelt noſtre fundationis, nobis ſexaginta ſex lib. denar. monacenſium mutuaverit; nos pro nobis & illuſtri Lodwico fratre noſtro kariſſimo in recompenſam, ſeu reſuſionem predictorum denariorum, curiam noſtram & hubam in Guntzelhoven, cum ſilva noſtra ibidem & hominibus colentibus eidem bona, videlicet Lengendorferio in curia, & — — vidua in huba cum omnibus iuribus & attinentiis predictorum bonorum, vendidimus, & pleno iure dominii transtulimus & transferimus in monaſterium antedictum, proprietatis titulo perpetuo poſſidenda. In cuius rei teſtimonium preſentes damus noſtri ſigilli robore communitas. Datum Monaci anno Domini MCCXCIX. VII. idus Septembris.

Num. XXVI. Privilegium fori. 1300.

Nos Rudolfus Dei gratia Comes Palatinus Reni Dux Bawarie, notum facimus preſentium inſpectoribus univerſis, quod cum cenobium in Fürſtenvelt per felicis recordationis patrem noſtrum Ludovicum fundatum, nec non prediis ipſius & noſtris ſubſequenter ſit dotatum, ut ab oppreſſionibus univerſorum iudicum & officialium noſtrorum ipſum monaſterium relevemus, iudicium, ſi quod de bonis vel hominibus eidem cenobio per ipſum patrem noſtrum & nos traditis querelantibus fieri poſſet, noſtre duntaxat poteſtati, ſi Abbas preſati cenobii qui pro tempore fuerit, iuſtitiam facere nequiverit, vel noluerit, plenarie reſervamus. Inhibentes

universis iudicibus & officialibus nostris, quod deinceps nullus ipsorum de predictis bonis vel hominibus, cuique iudicium faciat querelanti, presertim cum personaliter parati simus, ut premissimus, de bonis vel hominibus sepedicti monasterii omnibusque querelantibus facere iustitie complementum. Ad maiorem siquidem premissorum observantiam & roboris firmitatem presentem kartam conscribi fecimus ac nostri sigilli munimine roborari. Datum & actum Monaci anno Domini MCCC. in Vigilia sancti Iohannis Baptiste.

Num. XXVII. Immunitas a præstandis vectigalibus. Anno 1300.

Rudolfus Dei gratia Comes Palatini Reni Dux Bavarie, universis thelonariis & officialibus suis gratiam suam & omne bonum. Cum nos dilectis nobis Abbati & Conventui fundationis karissimi patris nostri pie memorie & nostre in Furstenvelt, ad ipsius loci promotionem hanc fecerimus gratiam specialem, ut de bonis suis per terram & aquas deducendis in omni nostro dominio nullum theloneum vel mutam salis teneantur: mandamus vobis firmiter & districte, ut eandem gratiam eis infringere nullatenus presumatis, sed sine omni impedimento & exactione thelonei omnes res seu bona eorum, que de proventibus suis habuerint, vel comparantur, seu etiam in elemosinam acceperint, sinatis libere pertransire, nihil ab eis penitus exigentes. Dat. Monaci anno Domini MCCC. in Vigilia sancti Iohannis Baptiste.

Num. XXVIII. Donationes variæ Rudolfi Baj. Ducis. Anno 1301.

Nos Rudolfus Dei gratia Comes Palatinus Reni Dux Bawarie, notum facimus presentium inspectoribus universis, quod indempnitati viri religiosi, domini venerabilis Abbatis & Conventus mona-

monasterii in Furstenvelt, plantationis nostre, cavere omni qua possumus diligentia cupientes, sibi & eidem monasterio in recompensam decime in Tollentz, eum & ipsum suum monasterium contingentem, quam domino & consanguineo nostro dilecto Emihoni venerabili Episcopo Frisingensi vendidimus; in Olching curiam incultam, ibidem hubam & molendinum, in Moching molendinum & hubam, cum eorum attinentiis universis, tam in bonis quam hominibus eatenus assignavimus possidenda, seu tenenda, ac etiam assignamus: quod si predictam decimam cum aliis bonis in Tollentz recenserimus, a Domino Episcopo & Ecclesie prenotatis, in termino prout inter nos conventum exstitit utrobique; bona premissa ad nos, fratrem nostrum Lodwicum karissimum vel heredes nostros redire debent, & nihilominus predicta decima debet remanere Domino Abbati & monasterio supradictis. Sin autem, predicta bona remanere debent perpetuo nomine nostre dicte decime Domino Abbati & Conventui monasterii prenotatis In cuius rei testimonium presentes damus, nostri sigilli robore communitas. Datum Monaci anno Domini MCCCI. IV. Kalend. Aprilis.

Num. XXIX. Donationes aliæ Rudolfi Ducis Baj. 1301.

1344. *Frider. Zeller, uxor. Margar. Frider. Joh. filii eius. Conr. Strumpf, Herdegen Aurberger, Joh. de Gebenhofen, Sigh. de Breitenau, Hiltepr. de Neunberg, Vitzum zu Munchen, Heinr. de Weibach, Halmer. de Haslang, Eberh. de Perg.*

1345. *Dieter. de Hantſchusheim der Hofmeiſter, Conrad. der Grim von Windingen, Heinr. ſin Bruder, Conr. von Zeil Landrichter zu Landſperg, Pet. von Gunzelhofen.*

1346. *Conrad von Haldenberg, Seifr. von Kelhaim des Kaiſers Jager, Arn. der Schenck von Salzbach, Eberh. der Berger von Potmos, Conr. de Werde.*

1347. *Seifr. Truchſeſs von Kühlental, Arnold. Heinr. de Sandizell, Steph. Rotbeck de Luppach, Adelh. mater eius, Joh. & Erh. fratres. Otto de Haslang, Richter ze Aychach, Ott. Mareſc. de*

de Berghirchen, Ott. de Rienshofen, Herm. de Weichs de Mammendorf, Ulr. Prant. de Potzenberg.

1348. *Arnold de Mussenhausen Richter zu Pfaffenhofen, Berth. de Schmiehen de Hohdorf, Ulr. de Dachau.*

1353. *Conrad. Weichser de Mainbach, Ortolf. de Sandizel, Berth. Schondorffer, Frid. von Hag, Bercht. sein Bruder, Herm. der Weichser, Heinr. de Gumpenberg, Seifr. der Wahel von Gundolsdorf.*

1354. *Heinr. de Adelshausen; Ulr. de Scheffolting, Georg. de Puchelbrun, Joh. & Berht. zu Rihling, Heinr. & Heinr. de Westendorf, Joh. der Mulich, Otto Wittelspeck, ux. Ann. Joh. Heinr. Eberh. filii Conr. Stumpfe, Heinr. de Haslang.*

1356. *Laz. von Pleitmarswang, Sigh. de Breitenau, Ott. der Marschalk von Nanenchofen, Georg. de Erefing, Prant. sin Bruder, Wilhelm ir Vetter, Eberh. de Rorbach, Georg de Erefing, ux. Osanna. Hiltpr. sein Bruder, Eberh. sein Sun, Prentlin sein Vetter.*

1357. *Gebh. Kempnatter, ux. Elisab. Ulr. & Heinr. de Berwang, Lud. Preising ze Wolzach, Heinr. de Eisolzried, Joh. Camerberger, Conrad. de Haldenberg, Ott. & Heinr. Zwergen fratres, Ott von Riesenbach, Bertha uxor. Seiz. Marschalk de Donersperg, Degenhard Hofer gewaltiger Vitzum.*

1357. *Leutold. de Ahaim weiland Pfleger zu Etal, Herm. de Esting Anna de Aheim sin Mutter, Ott. de Eysenbach, Gunter der Wat von Gekenpeunt, ux. Kathr. sein Bruder Conr.*

1359. *Conr. de Weichs, Heinr. de Gumpenberg, Ulr. de Eisenhofen, Steph. Podmer. Conr. de Kirchberg Iagermeister, Heimer. de Haslang, Degenhard. der Hofer Ritter, Vizum in obern Bazrn, Zachar. de Hohenrain, Joh. de Rotbach.*

1360. *Berth. ux. Adelh. Schenck de Sulzbach, Joh. de Breitenau, Heinr. ux. Gutta, & Conr. Durgenfeld.*

1361.

1361. *Ott. Heinr. Ulr. de Rotpach, Mater eorum Elisab. de Pelheim, Ioh. de Rotbach, Conr. Veilbach, Hiltebr. de Erefing de Rattenhofen, frater eius Georg. Steph. de Rotbach, Conr, & Seifr. de Allingen.*

1364. *Arn. de Massenhausen.*

1366. *Ioh. Gumpenberg.*

1369. *Conr. Schenck de Sneibach, Berth. & Heinr. Dapiferi de Reichen, Hilbrand. Marescalcus de Biberbach sin Oheim, Berth. Dapifer de Kuhlental sin Vetter, Seifr. Marschalk de Pozberg, Brun Guzz de Prentz.*

1370. *Wink. de Rorbach, Wilhelm von Abensperg.*

1371. *Johann von Ahaim Pfleger zu Schildberg, Ortolf de Sandizell, Hainrich der Kuchenmeister von Lochhausen, ux. Kathar. Ulric. fil.*

1372. *Christ. Raeuter zu Dachau, Ulr. de Eisenhofen, Conr. de Eisenhofen, Degenhard. de Kamerberg, Thomas Glasbeck.*

1375. *Marq. de Tainling, Ioh. Meilinger.*

1377. *Utr. Stumpf von Pach, Conr. Schenck von Schnaitbach.*

1378. *Rudolf & filii eius Lud. Conr. Preisinger de Paibrunn vendunt ius Patronatus in Gylkingen pro 100. fl. gutem Gold und swar an Gewicht, Heinr. Rormoser de Niderwittelshack, Heinr. Schalk de Saimbach, Steph. & Pauls de Sandizell, Frid. de Massenhausen, Iac. Vogt zu Breitenau, Sighart de Waltershofen, Conr. Podmer, Ulr. Erasm. Wilh. Heymeran. Aeisenhofer zu altem Eysenhofen, Mater eorum Anna, Ulr. Eisenhofer zu Otoldshausen ir Vetter, Frid. Eysenh. von Wizzershofen, Conr. Weichser zu Weichs, Gunter der Wat von Gekeupeunt, Ulr. Weichser von Mamendorf.*

1380. *Baldem. Heinricks Sun von Saldorff, Fridr. sein Vetter, Kristian Pienzenau, ux. Ann. Otto de Pienzenau.*

1381. *Heinr. de Porzenhausen, Heinr. Puchler.*

1385.

1385. *Sigh. de Walpertshofen, Ioh. Pelhaimer, Wilhelm Schenck de Schneidbach.*

1386. *Ioh. de Guntersheim, Sigh. Vogt von Undingen.*

1387. *Heinr. de Auenbach.*

1388. *Baldem. de Adelzhausen, Ulr. von Tor Pfleger zu Starnberg, Ulr. Namsheimer zu Nanenchofen, Marq. de Adelungshofen.*

1389. *Georg Zeller, Rapot de Eisenhofen, Heinr. Gebenhofer, uxor. Ann., Hiltepr. de Abensdorff, Conr. Weilbeck, ux. Gerts. filius Conr. Sigh. de Waltershofen.*

1390. *Lampert de Lampertsheim Landrichter zu Dachau.*

1394. *Lienh. & Conr. Mulrieder, Ulr. Iudman, Petrus der Engelhofer, Ioh. de Gumpenberg zu Rohling, Georg de Arefing, Georg filius eius.*

1395. *Heinricus de Sachsenhausen, Rudolfi Ducis Vreedom; sin Tohter Agnes, ir Man Ludwig de Visehen, Gotscalk sin Bruder; Conrad de Sachsenhausen, Heinr. de Taiuingen, Grimoldus de Adelshausen, Ludov. de Sandizell.*

1397. *Paul de Sandizell, Ulr. Iudman de Narensels.*

1398. *Arn. Kamer ze Ixendorf.*

1399. *Ulr. der Kuchenmaister ux. Clara, sin Schwer Ioh. de Wildenwart.*

1400. *Andr. Sandizel, Eberlin de Pessenhausen, Ulr. Stumpf, Erh. Tuecher, Marquard. de Adelungshofen, Pet. de Hofreuter, Iod. de Rorbach.*

1403. *Conrad. Dachauer, Wilhelm dev Schenck von Schneidback sin Oheim, Ott de Sterzingen.*

1404. *Ulrich Marschalk von Oberndorf.*

1405. *Ulr. Leuther ux. Gutt. Seiz. Preisinger von Weizenhofen, Albr. & Heinr. fratres de Haldenberg, Ulr. de Namsheim.*

1406. *Pet. Marſchalk ze Nankofen, Seiz Marſchalk von Oberndorf, Dorothea Snnerſtorfferin, Herr Frid. ſælig Wittib, Ioh. ir Sun, Heinrich Weiſenfelder.*

1410. *Ioh. de Pelheim der Zeit der Herzogen in Bayrn Diener, Hans Schneider zu Weilbach, Schwik. de Gundolfing, Paul de Erefing zu Hagenberg, Ioh. Holzheimer Pfleger der neuen Veſt zu Munchen, Matheis Sendlinger zu Sulzmos.*

1413. *Ulrich Eyſenhofer zu Ottoldshauſen, Ioh. Sendlinger zu Sulzmos, Wilhelm de Adelzhauſen.*

1414. *Der erbar Man Ioh. der Puchler Herzog Ernſtens Diener.*

1415. *Wilhelm de Laiming, Ulr. Kirchamer Pfleger zu Nanckofen.*

1416. *Iod. & Ulr. Eiſenreich.*

1420. *Ant. Ebersbeck.*

1427. *Ioh. Faiſt Pfleger zu Grunewald ux. Magdalena zu Palkirchen, Ioh. Pelhaimer Pfleger zu Dachau.*

1429. *Ioh. Rormoſer Richter ze Landſperg.*

1430. *Peter Marſchalck von Nannenckofen, Fridr. Oberndorffer Richter zu Munchen, Ioh. Weſterndorffer.*

1434. *Gebhard Iudman Hauptman zu Regenſpurg, Leonhart Leutenpeck, Ioh. Torer zu Wildeneck, Iobſt de Pfetten.*

1437. *Steph. Conr. Ioh. de Sandizell zu Groeshauſen.*

1444. *Berth. Schrenck, Ulr. de Adelshofen Pfleger zu Hagueberg.*

1449. *Steph. Sandizell ux. Dorothea, Conr. Sandizell frater eius zu Wittelsbach.*

1452. *Ulr. Marſchalck de Oberndorf.*

1455. *Heinrich de Haslang zu Gereut.*

1459. *Fridr. & Wolf. de Pienzenau de Hartmansberg Ritter, Ernſt von Welden.*

1470. *Iohann. de Weſternach Landvogt zu Burgau, Leonhart der Stumpf.*

1475.

1475. *Leonhart Seibolstorffer zu Rittersweran, Servat. Urfarer zu Urfar.*

1480. *Wolth. de Hohenrain.*

1481. *Wigul. de Weichs zu Weichs Pfleger zu Endberg, Ulr. Adelshauser, Bernh. Peuscher Pfleger zu Aichach, Georg Eisenhofer Hofmaister zu Meinphen, Iac. de Kamer de Pezendorf.*

1491. *Georg Weichs Pfleger zu Massenhausen, Christoph. Preising zu Oberarnbach, Elisab. sin Frau, Georg Kaergel Pfleger zu Reichershofen.*

1495. *Ioh. Dyesser, Sewald Tannheimer iam † Ioh. Sebast. Sebald. al. Ioh. Bened. Caspar, Wicker filii eius, Casp. Raspe uxor. Magdalen.*

1503. *Leonhart & Wolfgang de Gumpenberg zu Gumpenberg Erb-Marschalk in Obernbairn.*

1525. *Veit Wildenrod Pfarrer zu Yffeldorf, Iacob. Eisenberger, Bernh. Albeck von Yffeldorf, Heinrich. Hohenkircher Hofmarkherr.*

1548. *Wolfgang Wildenrod zu Yffeldorf.*

1568. *Georg von Gumpenberg.*

Excerpta ex Necrologio.

Ian. 3. anniv. Ottonis Ducis Baj. infer.

9. Conr. Hubschwirdt, Mæthild ux. eius, dedere curiam in Ysenwanch.

11. Ulricus Dachauer miles, a quo habemus dimidiam curiam in Lauterbach.

16. An. 1256. Maria uxor fundatoris nostri prima.

29. Heinricus de Eisoltsried.

1. *Febr.* Ludovicus Comes Palat. Dux Bavarie primus fundator an. 1294. item Sigismundus Dux confrater Ciſtercienſis.
2. An. 1290. Heinricus Dux Bavarie frater fundatoris.
3. Conradus de Bairbrunn.
5. Heinricus de Gunzelchofen.
7. An. 1439. Conradus Dachauer de Lauterbach, Wilhelmus filius eius.
21. An. 1460. Albertus Dux Bavarie fundator in Andechs.
26. Arnoldus miles magiſt. Camere Imperatoris dedit XII. lb. Hallenſes pro ovis & calicem.
11. *Mart.* Conradus de Wildenrod.
12. Heinr. de Kizpuhel, Fridericus Zeller de Herrenzell & Richenza uxor eius.
20. Heinricus de Geckenpeunt, Watto filius eius.
3. *April.* Agnes de Reut ux. Pincernæ: Margaretha de Reicherſpeurn.
23. Rudolfus Granns.
24. Otto & Fridericus Lankwarter, Conr. Lankwarter, Elizab. uxor eius: ab his habemus decimas in Emering.
1. *May.* Mæthild filia fundatoris de Leonburg: hæc miſit nobis caſulam multis precioſis lapdilus intextan.
16. Ulr. miles de Ehingen, & Ulſc. filius eius: dederunt Hubam in Adelzhofen.
17. Kunegunda uxor magiſtri coquinæ de Ebenhauſen.
24. Iohannes Dapp cliens, ſubmerſus in aquis, a quo habemus arma & equum.
27. Ioh. Zelter & Anna uxor eius.
5. *Jun.* Rapoto Palatinus Bavariæ.
13. Werner protonotar. Imper.
15. Heinrich Purvinger Heilwig uxor eius.

20. Geb-

20. Gebhardus Kemnaten.
24. Ulr. Protonotarius Domini Ludovici Marchionis.
25. Heinricus de Hohenrain.
27. An. 1271. Anna fundatoris uxor secunda, sepulta in choro.
1. *Jul.* An. 1438. Ernestus Dux Bavariæ.
9. Kungunda ux. Ottonis de Reusenbach.
20. Stephanus Dorfpeck nobilis Laicus, qui iussu Principis nostri Domini Alberti, per 4. annos administrator præfuit monasterio nostro † 1561. præfectus in Abensberg.
19. Fridericus de Puchheim.
13. *Aug.* Rudolfus filius fundatoris nostri.
15. Heinricus Petzenhauser.
16. Walther & Mathild. uxor eius de Wettelshofen.
15. Rudolfus Halinger uxor eius Adelheid.
25. Beatrix Romanor. Regina.
29. Ioh. Kerf miles, dedit curiam in Hantsell.
1. *Sept.* Conradus miles de Pflaundorf, Heinricus miles de Yolzried, Rapoldus & Demut de Durchenholz.
4. *Berth.* de Rotpach.
11. Diemudis nutrix Imperatricis: ab illa habemus larga munera.
13. An. 1435. Dux Wilhelmus Bavariæ, Dominus Ulricus Notarius Duc. Bavar.
15. Ludwicus Dux.
18. Ludovicus Dux Bav. & Marchio Brandenb.
29. Fridericus miles de Guntzelchofen.
30. Ulr. miles de Rotpach.
2. *Octobr.* an. 1414. Stephanus Dux Bavar.
6. Ludovicus senior Marchio Brandenb. Dux Bavar. Stephanus Dux Bavariæ Senior.
8. Zachar. miles de Hohenrain.

15. Ulr. Dachauer miles.
17. Conradus de Thann Canonicus ad S. Andr. Freising, Mathild Mater eius.
21. Agnes filia fundatoris nostri, Heinr. Salldorfer.
23. Conradus miles inclusus in Rammelsdorf.
24. Dom. Conradus de Sachsenhausen.
25. Demut mater Conradi Episcopi Frising.
31. Prantlin & Hildebr. Æresinger.
11. *Nov.* Heinric. miles de Eisoltsried & Anna uxor eius, & Leonardus filius.
16. Agnes ducissa, Mater fundatoris nostris.
17. Meinhardus de Adelzhausen.
21. Einwicus de Synchenried.
23. Ludwicus filius fundatoris nostri.
29. Otto Dux, Pater fundatoris nostri.
14. *Dec.* Otto Dux Bavariæ inf.
18. Conr. de Steinkirchen.
19. Ulr. de Ehing, Iuta ux. eius.
23. An. 1304. Mæhtild fundatrix nostra.
24. Bertholdus Pincerna de Schnaidpach.

Monu-

MONUMENTA
WEIHENSTEPHANENSIA.

PRÆFATIO.

Weihenſtephan, nobile ſodalium divi Benedicti Monaſterium, proxime Friſingam in vertice montis, unde proſpectus ampliſſimus in vaſtiſſimam planitiem patet, quæ meridiem verſus alpibus clauditur, ab oriente vero, occaſu, atque ſeptentrione oculos obtentum fallit, effugit, amoeniſſime ſitum, tetrarchiæ Monacenſi accenſetur.

Priſca fide confirmatum eſt Agilolfingos in hoc ipſo monte, qui tunc *Tetmons* vocabatur, condidiſſe caſtrum, cui divus Corbinianus, primus Friſingenſium antiſtes delubrum S. Stephano dicatum, ſive florenti adhuc adjecit, ſive collapſo ſuperſtruxit, Monachisque Benedictinis, qui ſacra ibi facerent conceſſit. His autem in montem Friſingenſem translatis, circa Ann. 830. iuſſu Hittonis Epiſcopi ſucceſſerunt clerici ſæculares: & ipſi poſt ducentos annos in collem S. Viti inde migraturi, atque Eccleſiam S. Stephani denuo familiæ D. Benedicti, ſub auſpiciis Egilberti Epiſcopi circa Ann. 1020. *reſtituturi.*

Antiquiſſima quæque cœnobii Weichenſteffanenſis Monumenta hauſerunt incendia feralia quatuor, hoſtiumque Bajoariam vaſtantium ferox rapacitas. Superavit tamen has tempeſtates nobiliſſimus codex traditionum; manu ſeculi XI. ad finem vergentis inceptus, variaque induſtria ad incunabula usque ſeculi XIII. perductus, quem integrum recitamus. Sequuntur illum diplomata miſcella XX. flammis erepta: Sepoſita ſunt atque in alias curas ſervata, excerpta ex Kalendario vetuſtiſſimo, perpetua ſerie

ab

ab anno 1030. ad annum usque 1350. ab autoribus coævis continuato; atque Stemmata Guelfica seculo XII. exarata. Copiam horum omnium, pro suo in nos bonasque artes favore, studioque Optimo Principi complacendi perquam humaniter fecit Rev. atque Excell. Abbas *Innocentius* Sereniss. Bojorum Duci atque Electori a Consiliis sanctioribus, operisque nostri promotor nulla non laude celebrandus.

Series RR. Abbatum Weihenstefanensium ex Monimentis coævis.

1. Gerhardus el. a. 1021. ref. 1022.
2. Arnoldus † 1041.
3. Dietfridus ref. 1047.
4. Heinricus I. ref. 1062.
5. Beringerus † 1064.
6. Hagano s. Hartwicus † 1080.
7. Heinricus II. † 1082.
8. Erchangerus dep. 1096.

9. Pabo dep. 1097.
Erchangerus restit. iter. depos. 1099.
Pabo restitut. ref. 1114.
10. Meginhardus I. el. 1116. † 1138.
11. Sigmarus † 1147.
12. Guntherus dep. 1156.
13. Rapoto ref. 1172.
14. Siboto ref. 1174.
15. Reginpoto ref. 1182.
16. Altunus ref. 1197.
17. Eberhardus I. ref. 1219.
18. Meginhardus II. ref. 1224.
19. Ulricus I. ref. 1226.
20. Ulricus II. † 1251.
21. Henricus III. dep. 1254.
22. Ulricus III. † 1256.
23. Ludovicus ref. 1261.
24. Conradus I. †. 1300.
25. Conradus II. ref. 1312.
26. Heinricus III. † 131.
27. Waltherus † 1319.

28. Con-

28. Conradus III. † 1328.
29. Conradus IV. †. 1331.
30. Marcwardus † 1367.
31. Gallus pictor depos. circa 1370.
32. Albertus dep. † 1378.
33. Ulricus IV. Minebeck res. 1378.
Albertus Præp. Neocell. Administrator 1378.
— 1380.
34. Leonhardus I. † 1415.
35. Fridericus † 1416.
36. Eberhardus II. †. 1448.
37. Johannes †. 1481.
38. Leonhardus II. † 1484.
39. Christophorus I. res. circ. 1487. † 1507.
40. Wolfgangus † 1495.
41. Antonius † 1508.
42. Benedictus I. † 1520.
43. Thomas † 1553.
44. Christophorus II. † 1563.
45. Caspar † 1575.
46. Paulus † 1579.

47. Benedictus II. † 1600.
48. Sixtus † 1618.
49. Christophorus III. † 1618.
50. Georgius † 1645.
51. Romanus † 1649.
52. Gregorius † 1574.
53. Benedictus III. † 1705.
54. Ildephonsus † 1749.
55. Michael † 1761.
56. INNOCENTIUS.

MO-

MONUMENTA WEIHENSTEPHANENSIA.

Incipit Liber Traditionum.

Num. I. Sub Abbate Arnoldo. 1022 - 1041.

In primis notum sit omnibus mortalium generationibus, qualiter quidam nobilis homo *Gerolt* dictus vocabulo, qui & ipse *Comes*, non abnuente ullius contradictione, pro excellentissimi anima Egilberti Episcopi delegavit ad altare S. protothomartyris Stephani quoddam predium, quod dicitur Gerhartingin, *sive Monachis* seu *Clericis*, tantumodo servientibus eodem Dei gremio, famulandum perpetuo, eisque firma proprietate possidendum: scilicet ipsum, quod sine pacto umquam auferendi est traditum; ut a Monasterio sancti iam dicti Stephani hoc nullatenus possit divelli, totoque evo stabiliatur nostre Dei domo. Testes pronunciamus subscriptos, *Oudalscalk Comes*, *Guntpolt Comes*, *Altman Comes*.

Similibus modis notum esse volumus qualiter *Comes Guntpolt* nuncupatus nomine, pro anima predicti Episcopi tradidit quoddam predium vocabulo Asinhusun dictum, ad usum servicii altaris sancti Stephani. Huius rei sunt testes, *Oudalscalk Comes*, *Gerolt Comes*, *Altman Comes*, *Oudalrich Comes*. Eadem ipsa que predicta est, ratione noverint universi plena cognitione, quod a *Comite Oudalscalcho* quidam locus nomine Gerhiltihusun vocatus pro anima eiusdem Episcopi, ad altare dictum est traditus, ad usum eidem

dem altari servientium. Testes huius rei sunt, qui & superius. Simili modo parique sententia sciat universorum industria, quo modo cum omnibus utilitatibus ad victum pertinentibus, quedam villa Richozesdorf vocata, a quodam homine *Etich* nomine tradita est, ad predictum altare in eundem divine servitutis usum, ut supra est dictum. Hūius rei testes sunt tracti per aures, *Alberich*, *Oudalscalch*, *Dietrich*, *Gerolt* &c.

Eadem ratione noscat universorum notitia, qualiter a predicto *Comite Oudalscalcho* quidam locus nomine Phrima terminatus, ad gremium pro anima prelibati Episcopi altaris predicti est delegatus, in usum ibidem servientium perpetualiter possidendum. Talis delegationis sunt testes, *Alberich*, *Etich*, *Gerolt*, *Pezili* &c. Item notum sit eodem modo, quomodo iam dictus *Comes Oudalscalch* duo predia Phranigouvi & Ursinpach nominata, pro felicitate anime sepedicti Episcopi ad eiusdem altaris dedit *servicia*. Quod istis stabilivit testibus, *Alberich*, *Dietrich*, *Gammenol*, *Gerolt* &c. Uno eodemque rationis tenore, quidam *Ozi* vocatus, pro predicti Episcopi voluntate, dedit predia, quorum unum Wolmuntingun, alterum nominatus Wahalingun, ad supra memoratum altare S. Stephani. Testes sunt, *Oudalscalch Comes* & alii ut supra. Item uno eodemque modo notum facimus predium quod vocatur Zollingun a predicto *Comite Geroldo* ad voluntatem eiusdem antistitis, traditum in altaris iam dicti servicium. Testes ut supra. Eiusdem sententie norma, qua facta est traditio predicta a cunctis sciatur, quomodo idem ipse *Gerolt* pro sepe dicti Episcopi salute tradiderit predium dictum Zamindorf, in perpetuum venerabili iam dicto Stephano ministris sui altaris toto possidendum evo. Testes huius rei sunt ut supra.

Notum

Notum ſit univerſis ſancte Eccleſie filiis, preſentibus ſcilicet & futuris, qualiter quidam nobilis vir *Eberhart* nomine cum conſilio & conſenſu comparis ſue *Diemout* nomine, quoddam ſue proprietatis predium vocabulo Burra nuncupatum, ad altare ſancti Stephani protomartiris perpetualiter poſſidendum, ſervitoribus eiusdem altaris ſive ſint *converſationis Monachice ſeu Canonice*, pro filio ſuo coram teſtibus regulariter ad altare oblato, & pro remedio anime ſue parentumque ſuorum cum VII. mancipiis: ea ratione ut ſi quisquam prefati altaris ſervitoribus voluerit abſtrahere, ad proximum heredem redeat, non ſibimet poſſidendum, ſed altari iuxta priſtinam traditionem reſtabiliendum. Iſti ſunt teſtes, *Otto*, *Warmuth*, *Erchanpreth*, *Altman*, *Oudalrich* &c.

Noſcat omnium fidelium induſtria preſentium ſcilicet & futurorum, quomodo quidam nobilis vir qui per proprium nomen dictus eſt *Sigipolt*, nullo ſuorum abnuente, quoddam ſue poſſeſſionis predium, plebaio nomine nominatum Diotrichasdorf, pro excellentiſſimi ſcilicet Egilberti Epiſcopi anima, & eius perpetua ſalute ad altare ſancti Stephani protomartyris delegavit, & eidem altari famulantibus vel *Monachice ſunt vel Canonice* conditionis eternaliter retinendum conſtituit. Iſti ſunt teſtes, *Altman Comes*, *Heimpreht*, *Willihart*, *Ratpoto* &c.

In nomine ſancte Trinitatis: noverit colentium Deum collatio univerſalis, qualiter quidam venerabilis Friſingenſis Eccleſie archipresbyter nomine Richolf, quoddam ſue proprietatis prediolum quale habuit in loco qui dicitur Mamindorf, nec non decem iugera ad predictum pertinentia predium, in loco qui nominatur Outinvuanch, poſt eius vite metas absque ulla contradictionis moleſtia ad altare ſancti Stephani protomartyris delegavit, & eidem altari ſervientibus, vel Monachi, vel ſint Canonici perpe-

tualiter habendum addixit. Huius rei sunt testes *Zacco*, *Sigiolt*, *Reginpreht*, *Engilman*, *Meginhart*.

Notum sit omnibus scire curantibus, qualiter quidam homo vocabulo Diemo patre orbatus, cum consensu matris sue & fratris, tale prediolum habitum qualem constat iure paterno sibi concessum, in loco quem dicimus vulgari nomine Stroga, ad altare delegavit sancti Martyris Stephani, ad suffragium victus Dei servitorum ibi degentium, sive sit conversatio Monachorum vel congregatio Clericorum, pro fratre suo coram testibus ad supradictum altare oblato: ea utens ratione, ut si quempiam postea venientem huius Episcopatus rectorem malignus spiritus, qui semper est huic religioni infestus, suasisset hanc vitam destruere sine culpa istius pueri, isdem sine ulla contradictionis molestia uteretur agello. At si hoc factum fuisset, quod in ista supra vita anima corpus deserviſſet, perpetualiter hic permaneret. *Isti sunt* testes tracti per aures *Pezili*, *Anno*, *Ougo*, *Ellinrich*.

Noverit universorum turba populorum, qualiter disponente Episcopi Egilberti conditione, Abbati monasterii Protomartyris Stephani cum manu Advocati sui Isangrimi, predium Richozesdorf nuncupatum, quod Ecclesie sue curationi subiecta manifestum est fuisse proprium, in manum *Oudalscalchi*, scilicet Advocati Ecclesie sancte Marie, sanctique Corbiniani tradidit; & econtra idem Oudalscalch in manum advocati eiusdem Abbatis subiecti *Arnolfi* retradidit quoddam prediolum Houapach nomine vocatum, quod prefate Ecclesie itidem sancte Marie sanctique Corbiniani fuit in proprietate. Tali modo concambio facto, planum fiat perpetuum id ipsum Houapach sancti Stephani restitutum esse altari pro loco supradicto, id est Richozesdorf. Testes hoc veridico firmantes testimonio *Gerolt*, *Penno*, *Gotapolt*, *Liutheri*, item *Liutheri*, *Pezili*, *Diotprechts*, *Aschirch*, *Hecrich*.

Notum

Notum fit omnibus Chriſti fidelibus qualiter *Altmannus Comes* talem proprietatem, qualem habuit in loco Riſach dicto in Carentana regione in Gilitala & in loco Eua, nec non ad Eccleſiam ſancti Iohannis, ad altare ſancti Stephani fratribus inibi Deo famulantibus delegavit, pro remedio anime venerandi Egilberti Epiſcopi cum mancipiis & omnibus appenditiis. Huius rei teſtes ſunt *Oudalſcalch*, *Herman*, *Geruuich*, *Wazalman &c.* Ea igitur ratione Oudalſcalch tale predium, quale habuit in loco Nidarum Winida dicto, & quicquid predictus antiſtes in eodem loco de Tiemone conparavit, ad ſupradictum altare delegavit cum mancipiis. Teſtes huius rei ſunt *Altman Comes*, *Herman*, *Geruuich*, *Ebararo*, *Mazili.*

Cuncti norint populi, qualiter quidam homo Iſanpreht, vocabulo, predium quale habuit ad Altoluasdorf, pro remedio anime ſue & filii ſui, ſcilicet, Monachi, tradidit ad altare ſancti Stephani ibidem famulantibus, in perpetuum iure ſerviendum. Huius rei ſunt teſtes *Oudalſcalch*, *Sigihart*, *Liutheri*. *Richfrit*, *Adalpreht*, *Nocko.*

Non alia ſed ſimili ratione noſcatur, quomodo quedam monialis femina Pezala nuncupata, pro ſtabilienda annona que conſtat illi ab Abbate Arnoldo tradita, prediolum tale quale habuit prope Sliuisheim, ad altare iam dicti tradidit Stephani. Hi ſunt teſtes *Pezilo*, *Pero*, *Rikfrit*, *Adalger*, *Nocko.*

Noverint omnes Chriſtiani preſentes ſcilicet & futuri, qualiter quidam homo nobilis nomine *Grimolt*, pro annona filii ſui redimenda, tradidit ad altare ſancti Stephani tale predium quale poſſederat ad Ocinpach, cum duobus mancipiis, fratribus inibi deſervientibus perpetualiter obtinendum. Iſti ſunt teſtes *Altman Comes*, *Hiltigrim*, *Hericpreht.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus preſentibus ſcilicet & futuris, qualiter quedam nobilis femina *Ata* nomine cum manu advocati ſui *Mezili*, tradidit ad altare ſancti Stephani quoddam predium Richeriſpouhe dictum, cum duobus mancipiis & omnibus appendiciis ad ipſum predium pertinentibus, pro redimenda filii ſui *Gepolfi* annona, hereditario iure perpetualiter poſſidendum. Huius rei teſtes *Mezil*, *Ebararo*, *Heriman*, *Engilſcatch &c.*

Noverint cuncti iſtius rei curioſi, quomodo quidam Richilo nominatus vocabulo pro ſpe remunerationis eterne, & filii ſui annona, quandam proprietatis ſue vineam in Pozana ſitam, ad altare dedit ſancti Stephani perpetuo poſſidendam ſervitoribus ibidem degentibus. Huius ſunt teſtes *Pezili*, *Rikfrit*, *Nocko*, *Adalpreht.*

Notum ſit univerſis Chriſtianis preſentibus, ſcilicet & futuris, qualiter venerandus Egilbertus Friſingenſis ſedis Epiſcopus, per manum advocati ſui *Sigihardi* tradidit ad altare S. Stephani quoddam predium in villa Haſalpach ſitum, pro ſalute anime ſue perpetuo eidem altari ſervientibus ſine contradictione poſſidendum. Huius rei ſunt teſtes *Ekkahart*, *Engiuuanc*, *Sigipolt*: *de Familia Liutheri*, *Pezili*, *Rikher*, *Volarat*, *Willibolt.*

Notum ſit omnibus veritatem que Chriſtus eſt indagantibus, qualiter quidam homo occulis cecus, Dieothoch dictus pro eterna ſalute ſuimet parentumque & conſanguineorum ſuorum, quos *in libro vite ſuper altare ſcriptos* habemus, prediolum quale hereditario iure poſſederat, in villa que dicitur Cella, absque ulla contradictionis moleſtia ad altare ſancti Stephani, cum manu advocati ſui omnino tradidit, poſt obitum ſuum perpetim famulandum ſervitoribus miniſterio divino inibi ſtudentibus. Huius rei ſunt teſtes *Liutheri item Liutheri*, *Wolfcoz*, *Adalger*, *Willibolt.*

Nove-

Noverint Christiani populi qualiter quidam homo *Azili* dictus, tale predium. quale habuit ad Hauhasdorf situm tradidit ad altare sancti Stephani pro redimenda annona filii sui monastice vite commendati. Huius traditionis sunt testes de familia *Gerlooh*, *Engilger &c.*

Christiane notitie cognitum esse cupimus, qualiter quidam nobilis vir nomine *Heriman* cum consensu matris sue & ceterorum cognatorum suorum, fratrem suum Adalpertum Domino & sancto Stephano obtulit monastice conversationis instituta perpetualiter hoc loco observaturum: ea ratione ut ultra nec ad se, nec ad ullum propinquorum suorum predictus puer ullum erroris haberet respectum. Et pro eius annona hic redimenda tradidit ad altare S. Stephani duas houbas ad villam Hachingen sitas, tali ratione ut si puer ista annona sine proprio reatu privaretur, predium suum sine ulla contradictione possideret. Hac re stabilienda subscripti sunt testes *Herman*, *Ortolf*, *Heinrich*: *de familia*, *Willirih*, *Engilscalch*, *Sigiram*, *Wezil*, *Meginhart*, *Reginhalm &c.*

Inter ceteras possessionum sancti Stephani conscriptiones, Christiane notitie notum fore cupimus, qualiter quidam Clericus, Routperht nuncupatus, prediolum suum dimidiam scilicet hobam apud villam Laginpah sitam, & unum molendinum cum omnibus appenditiis per manum advocati sui *Pertholdi* tradidit ad altare S. Stephani, hereditario iure pro redimenda filii sui Ortuni annona, quem eiusdem sancti Stephani servicio sub monastica vita delegavit. Insuper predium, quale habuit in loco qui dicitur Offteti pro remedio anime sue ad predictum altare delegavit. Quod & testibus subscriptis confirmavit *Loutheri item Loutheri &c.*

Universitas fidelium cognoscat, & diligenti memoria retineat, qualiter quidam puerulus Gepolf nuncupatus patre scilicet

& matre orbatus, predium quale hereditario iure apud villam Gisilingen sitam possedit, pro suorum parentum remedio nec non pro sua redimenda annona, per manum advocati sui *Engilhardi* ad altare sancti Stephani, cum mancipiis omnibus & appenditiis ad illud predim pertinentibus delegavit. Huius traditionis sunt testes, *Meginolt*, *Routprekt*, *Gotalpolt*, *Wiezil & filius eius Eberhardus*, *Burchart*: *de familia Richmurt*, *Uuillirich*, *Engilscalch*, *geruccio*.

In nomine sancte & individue Trinitatis: notum sit universis Ecclesie filiis, qualiter inter venerabilem Frisingensis Ecclesie presulem Egilbertum, & inter *Abbatem* sancti Stephani protomartyris *Arnoldum* quoddam, cum concordi cleri & plebis deliderationе & voto, factum est concambium. Tradidit namque idem antistes cum manu advocati sui *Oudalscalhi* in manum Abbatis prefati de possessionibus sue Ecclesie, quicquid eo die *iam dictus* Abbas in potestate vel investitura sua habuit in *prediis*, *in* mancipiis, in decimis, molendinis, scilicet Hegilinhusun cum omnibus appendiciis ad eundem locum pertinentibus, Perhah sub eodem iure, Mammandorf cum Ecclesia decimata, Ousti, Uparmussi cum duabus Ecclesiis decimatis, Gisilinga, Stroga, Wippanhusun quod beneficium fuit *Aribonis*, Biurra cum Ecclesia decimata, Zamindorf quod Egino Presbyter in mutuum dedit Episcopo predicto, territorium in urbe Radaspona unam houbam, cum *equino territorio* ad Pullingun, territorium equinum ad Hutichar, Flabach. Hec omnia Egilbertus Episcopus ut dixi tradidit ad altare sancti Stephani & ipsius altaris servitoribus sive sunt Monachice conversationis seu canonice, pro perenni sui & Imperatoris Heinrici felicitate iure proprietatis possidendum. Econtra Abbas Arnoldus, cum manu advocati eiusdem *Oudalscalchi*, in manum predicti antistitis Egilberti in recompensationem traditionis predicte, cum manu potestativa in ius proprietatis Ecclesie sancte

Marie

Marie & ſancti Corbiniani pari utriusque partis conſilio & deliberatione retradidit partem cuiusdam Inſule *Sahſonagane* dicte, in provincia orientali & in marchia *Adalberti Comitis* site, quam ob ſpem retributionis divine & ob inservenrum eiusdem Epiſcopi bone memorie Henricus Imperator ſancto Stephano eiusque ſervitoribus ſub teſtamento tradidit, his terminis incluſam: a loco Zucinesprucca viſum per ripam Danubii usque in locum Orta dictum, & inde in ſilvam quam Hart vulgariter nuncupant, usque in eandem ſilvam Hart: ipſam videlicet inſulam Sahſonane quantum ſupraſcripto continetur termino prout altari ſancti Stephani ſub teſtamento traditum erat, ut dixi, Epiſcopo mutua viciſſitudine retradidit. Et ut hec communicatio ſtabilis permaneat, literarum ſerie veraciumque teſtium illic infra notatorum firmatum eſt teſtimonio, *Altman Comes*, *Hartwic*, *Harhilo*, *Meginhart*, *Herrant*: *de familia Heilrich*, *Mathumi*, *Liutheri*, *Sinzo*, *Gerhart Reginhalm*, *Gerwic*, *Perahtolt*, *Herrich*, *Rikfrit*. Sepe nominatus venerandus antiſtes tradidit per manum advocati ſui *Oudalſcalchi*, in manum prefati Abbatis duas partes decime ſui vini in Bozana eisdem miniſtrantibus S. Stephani in uſus proprietatis poſſidendum. Iſti ſunt teſtes: *Altmanus Comes*, *Hartwich*, *Herrant*, de famila Sinzo, *Diolprecht* &c.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter inter venerabilem Epiſcopum Egilbertum & Abbatem Arnoldum huiuscemodi factum eſt concambium. Namque Epiſcopus cum deliberatione ſuorum fidelium dedit per manum advocati ſui Oudalſcalchi ad altare ſancti Stephani X. *Houbas Cenſuales* que vulgariter *Penſcalches houba* dicuntur, in comitatu *Altmani*, & decimam Eccleſie ad Chamera. Econtra iam dictus Abbas, pari ſuorum deliberatione retradidit per manum advocati ſui *Iſingrimi* ad altare ſancte Marie & ſancti Corbiniani XI. houbas cenſuales & Eccleſiam decima-

cimatam atque unum molendinum ad *Freima*, in marchia *Ottonis Comitis*: & hec traditto iſtis firmata eſt teſtibus, *Altman Comes*, *Gerolt*, *Pezili*, *Gotapolt*; *de familia Reginhalm*, *Sigipolt*, *Oudalſcalch*, *Lintheri*, *item Lintheri*, *Egildio*.

Noverit omnis turba Chriſti fidelium, qualiter idem Abbas Arnoldus per manum advocati ſui Iſangrimi quoddam predium Richozesdorf dictum ad altare ſancte Marie & ſancti Corbiniani tradidit. Econtra Epiſcopus per manum Advocati ſui *Oudalſcalchi* ad altare ſancti Stephani dedit quoddam predium Houapach nuncupatum, & ut hoc concambium immutabili firmatum ſit ſtabilimento, adhibiti ſunt teſtes, *Gerolt*, *Pemo*, *Gotepolt*, *Lintheri*, *item Luitheri*, *Pezili*, *Dietpreht*, *Askarich*, *Herrih*.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus preſentibus ſcilicet atque futuris, qualiter placuit atque convenit inter *venerabilem* Abbatem Monaſterii ſancti Stephani Arnoldum & quendam Friſingenſis Eccleſie ſervum nomine Eparmunt, quandam commutationem facere; quam & fecerunt. Tradidit namque idem Eparmunt cum manu advocati ſui *Oudalſcalchi* de quodam ſui iuris predio, in villa Sindishuſa dicta ſito, cum curtifero & arabili terra pratisque, nec non cum lignorum copia iugera LX. in manum predicti Abbatis & Advocati ſui *Iſangrimi* ad altare ſancti Stephani perpetuo exiſtendum: econtra predictus Abbas cum manu prenominati advocati ſui in loco Stroga dicto, cum curtifero & arabili terra iugera XL. eidem ſervo in proprietatem retradidit; & id actum eſt, cum conſilio & conſenſu Egilberti Friſingenſis Eccleſie Epiſcopi & advocati ſui cum utriusque Eccleſie pene tota familia. Huius rei teſtes ſunt, *Gerolt item Gerolt item Gerolt*, *Gotapolt*, *Maganus*, *Dietrich item Dietrich*: *de familia Dietpreht*, *Pezili item Pezili*, *Willirich*, *Chounrat*, *Eharmunt*.

No-

Noverint omnes Christi fideles presentes scilicet & futuri, qualiter placuit atque convenit inter venerabilem Abbatem Ecclesie sancti Stephani Arnoldum & quendam eiusdem Ecclesie servum Engilscalhium commutationem facere, quam & fecerunt. Tradidit namque predictus servus cum consensu Advocati *Oudalscalchi* & familie, per manum advocati sui Isangrimi ad altare S. Stephani & in manum predicti Abbatis, iugerum unum in villa Hegilinhusun situm, & duas partes iug. 1. in villa Chiemperc sitas iure perpetuo possidendum. Econtra predictus Abbas eiusdem Ecclesie sancti Stephani cum consensu advocati *Oudalscalchi* & familie per manum advocati sui Isangrimi, tradidit eidem servo in compensationem prioris deditionis unum curtiferum in villa Chiemperc situm. Huius rei sunt testes nobilis vir *Routpreht*: *de familia*, *Rihmunt*, *Wilirch*, *Wolfhart*, *Rihpolt*, *Udalgrim*, *Adalfrit*, *Willipolt*, *Adalpreht*, *Gisalhart*, *Uolrat*.

Quidam laicus nomine *Engilscalk* conlaudante eius uxore *Rihhilt*, tradidit ad altare sancti Stephani predium quod habuit in villa Rihherishusan, presente advocato *Pernhardo* & accipiente, absque omnium hominum contradictione, post sui & sue uxoris obitum, nihil excipiens quesiti & inquisiti, ad prebendam fratrum Deo & sancto Stephano servientium, ut nemini liceat illud auferre de fratrum prebenda, & si quis Abbas illud inde auferat, vel in beneficium prestiterit, proximus heres redimat predium ab altari cum V. denariis & sine vi habeat. Huius sunt testes nobiles *Otto*, *Diemar*, *Engilmar*, *Pernhart*, *Poppo*: *de familia*, *Adalpreht*, *Willipolt*, *Gerolt*, *Meginhart*, *Eppo*, *Pezili*, *Adalpreht*, *Heriger*.

Factum est quoddam cambium inter Arnoldum venerabilem Abbatem & quendam Vuoldoldum de familia. Tradidit namque idem Vuolvolt eidem Abbati quicquid proprietatis possedit

in villa que dicitur Hunprehtashuſun, ad ſerviendum Eccleſie S. Stephani. Econtra predictus Abbas cum manu advocati ſui *Iſamgrimi*, annuentibus quibusdam familie precipuis viris, eidem totum reſtituit, quicquid iuris tenuit in loco qui dicitur Rihdiosdorf. Teſtes ſunt hoc confirmantes *Pilgrim*, *Gerhalm*, *Lautheri*, *Wolfhoz*.

Similiter Chriſtiane notitie manifeſtetur, qualiter inter Abbatem Arnoldum, & quendam nobilem virum *Ariponem* nomine huiusmodi concambium ſtabiliter ageretur. Tradidit namque idem Aripo in manum predicti Abbatis & Advocati ſui *Sigihardi* tale predium, quale habuit apud villam Agaheringin ſitum. Econtra autem prenominatus Abbas per manum advocati ſui, eidem Ariponi retradidit de rebus ſancti Stephani tale predium quale in villa Pruningisdorf dicta poſſedit. Huius rei teſtes ſunt de nobilibus *Etich*, *Routprecht*, *Papo*, *Engilpero*, *Wolfolt*, *Dietker de familia Pero*.

Noverit univerſitas Chriſtiana preſentium ſcilicet & futurorum huius modi factum concambium inter Abbatem Arnoldum & quendam laicum Pernhardum. Tradidit namque iam dictus laicus, in manum prelibati Abbatis & Advocati ſui Iſamgrimi, unam houbam in villa vulgariter dicta Haſalpach, quo contra Abbas Arnoldus cum manu advocati ſui predicti tradidit unam houbam in villa Altolvosdorf ſitam. Tractis utrinque per aures teſtis ſubſcriptis *Ekkahart*, *Sigihart*, *Iacob*, *Erchanprecht de familia Loutheri item Loutheri*, *Pezili*.

Num. II. Sub Abbate Dietfrido. 1041 - 1047.

Notum ſit omnibus in Chriſto fidelibus qualiter communi fratrum familieque conſilio quoddam concambium factum eſt, inter venerabilem Abbatem Dietfridum, & quendam nobilem virum nomine Ratkiſun, adhunc modum. Tradidit namque idem

vene-

venerabilis Abbas Dietfridus, per manum advocati sui *Sigihardi* tale scilicet predium quale tunc Ecclesia S. Stephani in proprio iure tenuit in loco qui dicitur Holnhusen eidem Ratkiso, perpetualiter possidendum. Econtra vero predictus vir unam hobam ad Mamindorf cum omnibus appenditiis suis sine ulla contradictionis molestia prefato delegavit Abbati, ad ministerium sancti Stephani interminabiliter possidendum. Huius rei testes sunt *Reginheri, Sigipolt, Wizil: de familia Gervuich, Adalpreth.*

Dietleib de familia sancti Stephani tradidit ad altare eiusdem sancti Stephani suum servum Meginhardum pro V. denariis quotannis persolvendis & si unum annum negligat, in altero emendet. Si duo negligat in tertio anno omnes tres census solvat, si tres continuos annos negligat, ad quotidianum servicium cogatur. Huius testes sunt de familia *Ribilo, Meginhart, Balduwin, Dietrih, Liutheri, Wolfheri.*

Noscant Christiani presentes scilicet & futuri, quia venerabilis Frisingensis sedis Episcopus Nitkerus tale predium quale *habuit in loco* Ruminisperch dicto situm, per manum advocati sui *Iacobi* pro salute anime sue tradidit ad altare sancti Stephani, eiusdem] altaris servituris perpetualiter possidendum, cum sylva, pratis, omnibusque appendiciis ad predictum predium pertinentibus. Et hanc traditionem subscriptis stabilivit testibus: *Gerolt, Oudalschale, Witigone, Norpreht: de familia, Wolfart, Reginhalm, &c.*

Noverit omnis Ecclesia, quod quidam Comes nomine *Adalbero* hubam unam in villa que dicitur Sestehusen delegavit super altare sancti Stephani fratrum servitio inibi Deo servientium pro anime sue remedio, suique dilecti Domini Egilberti Episcopi, cunctorumque parentum suorum: ea scilicet conditione, ut nullus Abbas potestatem haberet cuiquam hominum in beneficium

tradere; quod si dederit Abbas & Advocatus, qui tunc temporis essent, ad Eberspeg eidem loco subjungaretur. Huius rei testes sunt *Altman*, *Herman*, *Gerwich*, *Eberarò*, *Eppo de familia*, *Petili*, *Richker*, *Willibolt*.

Num. III. Sub Abbate Heinrico I. 1047 - 1062.

Notum sit omnibus in Christo fidelibus presentibus scilicet & futuris, qualiter venerandus Frisingensis Ecclesie Episcopus Ellinhardus pro remedio anime sue nec non ob amorem interventumque *Herrici Abbatis* tradidit in dotem altari sancti Dionisii a se dedicato in monasterio sancti Stephani Protomartyris, duo vineta ad Bozana, unum in loco qui dicitur Scala, alterum in loco qui dicitur altum Chellari perpetualiter serviendum fratribus inibi Christo militantibus. Et ut hec eius traditio firma & inconvulsa in perpetuum permaneat, testibus subscriptis firmaverat *Liutpolt*, *Ratolt*, *Reginhart*, *Vuillipolt*, *Gerhart*.

Notum fieri cupimus cunctis in Christo fidelibus presentibus scilicet & futuris, qualiter venerandus Frisingensis Ecclesie Episcopus Ellenhardus pro remedio anime sue tradidit ad altare S. Stephani Protomartyris 11. vineta in loco qui dicitur Vuachova sita, perpetualiter serviendum eiusdem altaris servitoribus, unum ad complendum mandatum, alterum in annona. Huius rei testes sunt de nobilibus *Eppo*, *Ruotphret*, *Herrach*, *Aripo*, *Fake*: *de familia*, *Tragapoto*, *Mathuni*, *Willipolt*.

Notum fieri cupimus cunctis fidelibus in Christo presentibus scilicet & futuris, qualiter quidam Clericus de familia sancte Marie Dietram vocatus, pro remedio anime sue & dilecte conjugalis sue beate memorie *Haxage* & fratris *Adalberti* tradidit per manum advocati sui *Aribonis*, tale predium quale tunc in potestate habuit, in loco qui dicitur Tanahusum, cum areis, edificiis, terris, cul-

cultis & incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis, exitibus & reditibus, cunctisque aliis utilitatibus & appendiciis ad id rite pertinentibus quesitis & inquirendis, ad altare sancti Stephani Protomartyris post obitum vite sue presentis perpetualiter serviendum fratribus inibi Christo militantibus. Eo tamen tenore, ut nulli Episcopo vel Abbati unquam liceat illud de annona fratrum subtrahere, vel in beneficium dare: quod si factum fuerit, proximus heres eorum IIII. denarios ad altare sancti Stephani reddat, & illud predium in proprietatem sibi iure hereditario in perpetuum possideat. Huius rei sunt testes de nobilibus *Egilolf*: *de familia*, *Managolt*, *Willibolt*, *Maltumi*, *Willihari*.

Noscant cuncti Christi fideles qualiter quidam laicus nomine *Mathumi* de familia sancte Marie, tradidit ad altare S. Stephani post excessum vite sue tale predium quale habuit apud Adlesharshusen, pro remedio uxoris sue *Moute* & sui & omnium fidelium defunctorum in servitium fratrum inibi degentium. Huius rei testes sunt de nobilibus *Reginpoto*, *Etich*: *de familia*, *Aribo*, *Ougo*, *Penno*.

Num. IV. Sub Abbate Hartwico. 1064 - 1080.

Quidam Canonicus de familia S. Marie, nomine Alawich, tradidit ad altare S. Stephani tale predium quale habuit in villa Emeheringen: ea lege ut si quis Abbas de fratrum mensa abstulerit, & in beneficium alicui dederit, proximus heres ad idem altare V. numos persolvat, & idem predium in proprium ius recipiat. Sed testamento post aliquot annos negligentia adnullato, predio a quibusdam qui eodem in beneficio utebantur pene desolato, quidam *Clericus* genere sibi proximus nomine *Albrich*, secundum avi sui pactum eandem possessionem sibi vendicans, abrenunciavit iterum predicti predii usurpationi, & accepit illud ab

Abbate Hartwico in beneficium ad vite sue & *castellatis* sue, atque filii sui *Isangrini* terminum, pro XL. denariis annualiter persolvendis; & post predictorum obitum servo predium comitante. Quod debitum est sibi ab eodem Abbate eo tenore, ad trium annorum spatium relaxatum, ut idem predium ad pristinum usum redigat edificiis aliisque utilitatibus, quale habuit in vico Mitternoulag, pro prebenda, ex qua ipse & suus serviens sustentetur. H. r. t. s. nobiles *Adalram*, *Gotepold*, *Rathis*: *de familia Puxili*, *Reginhart*, *Aribo*, *Adalger*, *Willibold*.

Quidam nobilis nomine *Gotebaldus* in nostram fraternitatem & orationem susceptus, tradidit post obitum suum si legitime uxoratus obierit ad altare sancte Dei genitricis Marie in cripta quoddam molendinum sine omni exceptione ad illud pertinentium, scilicet cum curtifera, exitibus, & reditibus, cultis & incultis, quesitis & inquisitis prope flumen Strogam situm tradidit, *videlicet* ad subscriptum servitium fratribus sancto Stephano servientibus annualiter persolvendum. Placuit etenim *Harwico* tunc temporis Abbati & ipsi Goteboldo, & illorum communibus fidelibus, ut molinarius, id est in dedicatione eiusdem cripte & in Goteboldi depositionis die presentet Erchangero eiusdem Goteboldi germano ad utrumque diem dimidium modium nobilioris frumenti, & dimidium figuline farine & unam victimam utrique diei convenientem, & XX. caseos, & XXX. denarios, ac centum ova. Et post obitum Erchangeri respiciat hoc pactum ad privatum & potestatem quicunque tunc temporis decanus sit, ut is moneat & roget fratres pro anima delegatoris & eius debitorum, moneat dico verbis & fideli exhibitione pacte servitutis: quod testamentum sic stabilivit subscriptis testibus, ut siquis Abbas prescripto servitio quicquid adauxerit, vel in aliud quod servitii permutaverit proximus eius heres persolvat unum bizanzium ad idem altare

&

& hereditario iure molendinum possideat. Testes sunt, *Peziß*, *Adalpreht*, *Aribo*, *Arnolt*, *Oudalgrim*, *Mathuni*.

Notum sit cunctis Christianis quod quidam liber homo nomine Wizimanus tradidit uxori sue *Pezichint* ancille sancti Stephani, tale predium quale habuit in villa Hegilinhuse absque omnium viventium contradictione liberis illorum amborum post eorum vitam possidendum. Post aliquot annos ipsa eius uxore Pezichint defuncta & liberis simul mortuis, cum idem predium ad nullum heredem respiceret, nisi ad eundem Wiziman, ipse Dei instinctu conpunctus tradidit id ipsum predium ad altare sancti Stephani pro remedió anime sue ac illorum amborum liberorum, simul omnium fidelium animarum, inibi Deo & sancto Stephano servientibus ad commune servitium; quam traditionem, nec non & vestituram suscepit Ekkehardus & Abbas Hartwic & stabilivit istis testibus, nobiles, *Isangrim*, *Erchanger*, *Gotebolt*, *Herrans*, *Nithart*, *Oudalrich*, *Pilgrim*, *Adalram*.

Notum fieri cupimus omnibus in Christo fidelibus, presentibus scilicet atque futuris qualiter quidam homo Dietpertus vocabulo, de familia sancte Marie semper virginis, tradidit ad altare S. Stephani protomartiris, tale predium quale habuit in loco qui dicitur Hasalbach pro medela anime sue & filie & mariti filie sue absque omnium hominum contradictione, eiusdem altaris ministrantibus perpetualiter serviendum. Et ut hec traditio firma in perpetuum persistat, testibus subscriptis confirmaverat: *Willipolt*, *Engilrich*, *Mathuni*, *Humold*, *Williprecht* &c.

Scire cupimus omnes Christianos presentes & futuros, qualiter quidam de familia S. Marie *Gerold de Wippinhusin* fecit quandam conventionem cum Abbate Haganone. Tradidit enim

idem

idem Gerolt tale predium quale sibi sua uxor *Heilika* attulit apud Liutprehtestorf, cum laudamine eiusdem Heilike, ad altare sancti Stephani, eo pacto ut ipse Abbas Hagano sibi retraderet villicatoriam curtem quam habuit apud Wippinhusin, ad ipsius Geroldi finem & ad sue uxoris Helikin finem, & ad illorum primogeniti finem, ut post illorum trium finem villicatoria curtis cum predio apud Liutprehtestorf ad altare sancti Stephani respiceret. Quam traditionem suscepit ita Abbas Hagano, & eiusdem altaris advocatus *Ekkihart*, & retradiderunt sibi ipsam villicatoriam curtem ad illorum trium obitum scilicet Geroldi & Heilikin & eorum primogeniti filii. Huius rei testes sunt nobiles, *Gotescalk de Marspach*, *Isingrim de Isenpach*, *Sigibolt de Eigilstorf*, *Diemar de Husen*: *de familia*, *Pezili de Issendorf*, *Adalpreht de Pettinprunnin*, *Pezili de Pullahusen*, *Mathumi & Fritilo*, *Gerwig de Rubindorf*, *Perhart & Aribo de Hortilhusen*, *Gerhart de Wippinhusen*, *Adalpreht*, *Sigihart de Uettingen*.

Herrant de Leren tradidit ex petitione *Liutonis de Lesenpach*, duo mancipia Etham & Gisilam ad altare sancti Stephani ea conditione ut quam primum ad *duodecim* annorum etatem pervenirent, quotannis V. numos ad idem altare persolverent & omnis earum posteritas: quem censum si ipse aut quicunque earum posterorum tres annos solvere neglexerit, persolvat in quarto negligentiam illorum trium annorum, & libertas eius sit firma, ut prius: si in quarto non emendaverit, constringatur ad quotidianum fratrum servitium. Testes nobiles: *Gotpolt*, *Adilram*, *Oudolrich*, *Hainrich*, *Hezil*: *de familia Pernhart*, *Gerhart*, *Aribo*, *Perhtolt*, *Judita*, *Wern. Burc. Berhta*.

Wolfolt de Rieda tradidit cum manu uxoris sue *Hizile* ad altare sancte Marie in cripta absque omni contradictione tale predium quale habuit in villa Langinpach, nihil excipiens culti quesiti

&

& inquisiti, pro remedio anime sue ac parentum suorum omniumque fidelium animarum, ea lege ut eternaliter in illis duobus anniversariis, id est Wolvoldi & Hizile, fratribus solempne servitium ex eiusdem predii sumptibus persolvatur; quod si aliquis Abbas illorum duorum anniversariorum constitutam recordationem adnullaverit, vel ipsum predium cuiquam in beneficium dederit, vel ullo ingenio singulari fratrum consolationi alienaverit, quicunque tunc temporis sit proximus heres, offerat eidem altari duos bisonticos & possideat id ipsum predium hereditario iure. Testes nobiles *Gotpolt*, *Nithart*, *Woffo*, *Adilbero*, *Gerolt*, *Pilgrim*, *Oulrich*, *Wichart*, *Adilpreht*: *de familia Pezil*, *Meginhart*, *Pernhart*.

Quidam *Wolfhart de Gisilingen* de familia erat sancti Stephani; qui accepit mulierem Salzburgensem, nomine Muozam de qua generavit filios. Ipso autem mortuo, cum mulier postea ad extrema veniisset, timens anime sue pro eo quod de familia sancti Stephani virum acceperit & *illius liberos cum prediis suis a servitio eius alienaverit*, rogavit filium suum Meginhardum cui pene tota cesserat hereditas, ut de agris suis pro patris & matris salute aliquid Deo & sancto Stephano offerret: quod ipse faciens delegavit ad altare sancti Stephani sex agros in Gisilingen cum uno *Ouslete* territorio absque omni contradictione. Ipse autem in beneficium eosdem agros recepit ad suam solummodo vitam. Testes *Haimo frater eiusdem Meginhardi*, *Hainricus Prepositus de Perchach*, *Meginhardus de Dietrichesdorf*, *Reginbertus de Nertingen*, *Elpwin de Perchach*, *Gebehardus de Hunprehtishusen*, *Adilbertus de Gisilingen*, *Hainrich*, *Kadilhoch*, *Ortwin*, *Gotschalc*, *Dietmar de Uettingen*, *Benno de Stroga*, *Reginbertus de Gerhartingen*.

Quidam nobilis homo nomine *Hiltipolt* seculo renuncians, tradidit ad altare S. Stephanis tale predium quale habuit in vico

Mittirnoulag, pro prebenda ex qua ipſe & ſuus ſerviens ſuſtententur. Huius rei teſtes ſunt nobiles: *Adalram*, *Gotapolt*, *Ratbir: de familia Pecili*, *Reginhart*, *Aribo*, *Adalger*, *Wilipolt*.

Num. V. Sub Abbate Erchangero 1082. - 1096.

Quidam nobilis nomine *Wolfoldus de Rieda* tradidit ad altare ſancti Stephani tale predium, quale *ſuus hereditarius* nomine *Petto* poſſidebat, in loco qui dicitur Rieda liberali manu absque omni contradictione, poſt terminum vite ſue & poſt obitum ſue coniugis *Hizile*, pro remedio anime ſue & eiusdem uxoris ſue & omnium parentum ſuorum cunctarumque fidelium animarum. Eo pacto ut *Erechanger* tunc temporis Abbas ſibi retraderet illam curtem apud Wintpozzingin cum mancipiis poſſeſſam, & decimam ad eandem curtem pertinentem, ad terminum vite ſue & uxoris ſue Hezile, ut poſt illorum amborum finem predium cum retradita curte & decima ad idem altare reſpiciant. Quam retraditionem fecit idem Abbas mox in preſentia aſſtantium; & ut hoc pactum eo ſtabilius eſſet, recognovit inibi eidem Abbati & fratribus inveſtituram alterius predii prius eidem altari poſt vitam illorum amborum traditi in villa Laginpach. Et ſi forte Epiſcopus aut Abbas poſtmodum hoc pactum ullo ingenio in vita illorum utrorumvis temerare ſtuduerit, irrita ſit inveſtitura prioris predii ad Langinpach: Poſt obitum tamen illorum, predium ſit ſancti Stephani; iſtius autem predii apud Rieda delegatio penitus ſit quaſi nunquam facta & ille Wolfoldus vel illa Hizila tradant illud quocumque ſibi libeat. In hac delegatione tradidit ſimul ad idem altare XX. mancipia quorum nomina hec ſunt, *Adalpreht*, *Sepurch* &c. Quos omnes dedit *ad legitimum cenſum* annuatim ab unoquoque illorum perſolvendum, id eſt quinque denarios *quando pervenient ad XII. annos:* que mancipia cum predio revertantur ad Dominum Wolfoldum vel ad eius

uxorem

uxorem Hizilam, si ab ullo Episcopo vel Abbate vel advocato, causa questus vel ullius fraudis adnulletur traditio & retraditio huius pacti. Cuius rei testes sunt per aurem tracti nobiles, *Oudalrich*, *Gerolt*, *Ratpoto*, *Piligrim item Piligrim*, *Wichart*. *De familia Willibolt*, *Engilskalch*, *Peeili*, *Fritilo Meginwrt*, *Tragapoto*, *Izo*. Item alia mancipia tradidit ad altare sancti Stephani apud villam que dicitur Varnolteshusen, Willipirch & fratrem eius cum omnibus posteritatibus eorum. Testes ut supra.

Regil de Asleikeshusun tradidit quicquid predii habuit in Norica expeditone, culti & inculti, quesiti & inquirendi, ad altare sancti Stephani pro anima sua & pro anima uxoris sue, post vitam illorum amborum, & pro animabus omnium parentum illorum & simul omnium fidelium defunctorum. Huius rei testes sunt, *Gotepolt nobilis*: *de familia autem Peeili*, *Adalpelt*, *Fritilo*, *Hezil*, *Ysanpreht*. Cui idem Regilo retradidit Abbas Erchanger, usque ad vite sue & uxoris eius terminum, Liutprehtesdorff cum omni utilitate ad illam villam pertinente, & unam hubam apud Huenhusen; eo pacto ut ambo predia altare respiciant, id quod Regil tradidit, & quod sibi Abbas retradidit cum ipse & eius uxor vitam finierint.

Wezilo de Asleikishusin tradidit ad altare S. Stephani quicquid predii habuit in eadem villa pro sua & uxoris sue anima, & pro omnibus fidelibus animabus, post illorum amborum vitam: eo pacto ut Abbas Erchangerus sibi & sue coniugi vivere recrederet usum, quod & fecit. Cuius testes sunt, nobiles, *Gotebolt Herrant*, *Gumpold*, *Nitkart*, *Adalram*: *de familia Peeili*, *Fritilo* &c.

Sciant omnes quod quedam libera femina *Waza* dicta, voluntarie se cum omni posteritate sua ad annuum censum persol-

vendum ſancto Stephano tradiderit, tali deditione ſanctis deferens honorem, & ſibi precibus eorum favorem. Cuius rei teſtes ſunt hi, *Wolfhere de Walvoldeſtorf*, *Sigibolt de familia ſancti Stephani.*

Pernhart de Hortilshuſan legitimus ſerviens ex famila ſancti Stephani, tradidit ad altare eiusdem ſancti Stephani quale habuit poteſtative predium apud Hortilshuſan, absque omni contradictione pro remedio anime ſue & pro anima uxoris ſue, & pro omnibus fidelibus animabus, in emendationem ſiquid prevaricaſſet in S. Stephani debito ſervitio: & ſic tradidit, ut nec aliquis Epiſcopus nec Abbas poteſtatem habeat ullo ingenio tollere de fratrum prebenda Deo & S. Stephano hic famulantium. Cuius delegationis teſtes ſunt nobiles, *Iſangrim de Ieſinpach*, *Gotebolt de Leſan*, *Guntpolt de Haganowa: de familia Pezili de Pallanhuſan*, *Matkuni & Penno de Heidolfingen*, *Willibolt de Zielishuſen*, *Adalpreht de Pettinprunnin*, *Gerolt de Wippinhuſan*, *etiam de noſtris Meginhart*, *Gerhart*, *Sigihart.*

Eppo nobilis tradidit ad altare ſancti Stephani tale predium quale in vico Holzhuſan poſſidebat, poſt vite ſue terminum cum omnibus ad illud pertinentibus, queſitis & inquirendis, perviis & inviis, pro omnibus fidelibus defunctis: ſperans per interceſſionem illorum omnium ſuorum peccatorum veniam conſecuturum, & in electorum numerari conſortium. Huius rei teſtes ſunt, *Aribo nobilis, de ſuis ſervientibus Wolfoldus: de familia autem noſtra Aribo*, *Adalpreht*, *Oudalgrim.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus qualiter *Bozanenſis Comes Oudalricus* cum *conſenſu & complacito cunctorum conprovincialium ad ſuum prefidatum pertinentium*, tali ſervicio abrenuncians quale

annua-

annualiter habiturus erat de poſſeſſionibus ſancti Stephani, tradidit cum *manibus ſuorum ſummorum ſuffraganeorum*, ſcilicet *Vitonis*, *Waltonis*, *Stephani*, *Dietmari*, *Gnannilonis Plufidaris*, ad altare eiusdem ſancti Stephani predicti ſervitii debitum; perſolvens illis compatriotis, ut ibi mos eſt, *plufide redemptionem idem conuenium*, quo nullus ſucceſſorum ſuorum aditum poſſit habere ad requirendum prelibatum ſervitium. Cuius traditionis teſtes ſunt iſti *filius ipſius Comitis Fridericus*, *Utto*, *Walto*, *Stephanus*, *Dietmar*, *Gnannilo plufidaris*, *Lanzo*, *Rudolf*, *Gotoſchalh de illo ipſa provincia*; *de noſtris autem Ortwin*, *Petto*, *Wolfker*, *Pezili*, *Gerhoh*, *Wiltiprekt*.

Ernuſt Comes de Otinpurg delegavit in manus ſui militis, *Goteboldi* ſcilicet *nobilis* viri, ſuum predium apud Truchtheringin, duas partes eiusdem predii delegandum ſancte Marie, tertiam partem S. Stephano, quam traditionem fecit ita ipſe Gotebolt ut ſibi delegata eſt, pro anima eiusdem Comitis Ernuſt & omnium ſuorum parentum. Tradidit itaque ſancto Stephano partem eiusdem predii in Truchteringin pro remedio anime eiusdem Comitis Ernuſt, & ſue uxoris, & omnium parentum ſuorum, cunctorumque fidelium: eo pacto, ut quotannis in ſuo anniverſario aliquot pauperes hic elemoſinarientur, & ut fratres ſupra ſuum ſtatutum utcunque conſolentur. Si autem aliquis Abbas id ipſum predium preſtiterit alicui, proximus heres eiusdem Ernuſt ſolvat altari unum Bizanzium, & habeat predium. Cuius legationis teſtes ſunt *nobiles Arnolt de Skirin & eius filius Chounrad*, *& ipſe delegator Gotepold & eius frater Herrant de Leran*, *Goteſcalch de Morpach*, *Eppo de Nennpach*, *Guntpolt de Engilſtorff*, *Adalram de Packa: de familia*, *Pezili*, *Fritilo*, *Geruuich*, *Dietpolt*, *Meginhart*, *Liutprekt*.

Erchanger Abbas dedit in legitimum concambium *Eberhardo de Razinhouan* tres curtiferas in Ratispona; & ipſe Eberhar-

dus retradidit eidem Abbati quoddam predium apud Wibesstetan, item duas hubas & unum servum, *Ekkehardo* advocato presente, & laudante, ac suscipiente & legaliter confirmante. Huius rei testes sunt nobiles *Gerolt filius eiusdem Eberhardi*, *Altman frater eius*, *Routprekt*, *Oudalscalch &c.*

Quidam nobilis nomine *Tagini de Piberpach* tradidit sine omni contradictione, cum manu *Germani* sui *Altmani*, ad altare S. Stephani, tale predium quale habuit iuxta Bozana in loco qui dicitur Meltin, idem dimidiam hobam, pro anima patris & matris sue ac sui ipsius, & omnium fidelium animarum, & pro coemptione octo librarum, quod predium quicunque possederit debet dare quotannis domi integram carradam vini, aut dimidiam carradam vini in ripa Æni fluminis, & debet dare duos modios tritici, & tres modios ordei, & unum vervecem, & duos caseos, & unum hyrcinum tergus, & magistro suo usuale servitium. *Super quod* testamentum tracti sunt isti nobiles testes *Isanrich de Lengindorf*, *Pernhart de Mosan*, *Eppo de Furnimosa*, *Ekkihart de Tanna*, *Pernhart de Erphinprunnan*, *Guntolt de Haganouua*, *Werinheri de Houschirichan*, *Gepolf de Machindorf*, *Megingox de Zoudalstorf*, *Dietprekt de Tala*, *Heinrich de Goubrucca*, *Adalbero & Oudalhoh de Steinpach*, *Roudolf de Hohinperch.*

Meginhart de Steinpach nobilis homo tradidit ad altare sancti Stephani dimidiam hobam iuxta Bozana, in loco qui dicitur Meltini, pro novem libris; & statim ad presens tradidit eiusdem hobe investituram Abbati Erchangero & eius fratribus: quam traditionem fecit sic, si postmodum aliquis id ipsum predium alienare eidem altari contenderit, ut aut ipsum legitime stabiliat, aut eum alio tam utili restituat. Et ne ullus eiusdem Meginhardi heres, filius aut filia vel quisquam eius posterorum ullam iustam Meltinensis

mensis predii reclamationem possit habere, sciant omnes Christiani, quod cum eadem pecunia que pro isto predio data est, idem Meginhardus aliud predium conparavit, suosque filios cum ipso hereditavit. Istius coemptorie traditionis testes sunt nobiles *Guntpolt de Hagamouua*, *Nithart de Leran*, *Heinrich de Giesinpach*, *Wolfolt de Massinhusin*, *Arnolt de familia*, *Isankart de Miltaha*, *Willibolt de Ecclishusan*, *Heinrich & Tammo de Chiemperch*, *Meginhalm de Herdeshusan*, *Meginhart*.

Dominus *Otto de Skiran* delegavit illud predium, quod emit apud Ypenhoven sancto Stephano & illi servientibus: eo pacto ut nulli in beneficium tribuatur, ipse autem Otto habebit usum eiusdem predii ad vitam suam. Cuius testes sunt nobiles *Germanus ipsius Ottonis Pernhart*, *Dominus Chounrad & eius frater Otto de Dachouwa*, *Dietmar de Husan*, *Eberhart de Nemmpach*, *Guntpolt de Hagonouwa*, *Werinheri de Fricchindorf*, *Eberhart de Hittinburg*, *Nithardt*, *Gotsc. de Marhbach*, *Dieter. de Outinhofen*, *Raffold de Heimprehtishoven: de familia Fritilo*. Quam traditionem iteravit *Hohold de Wolmutesaha* ex eiusdem Ottonis petitione, post Ottonis obitum & stabilivit istis testibus: *Pernhart de Erchamprunnin*, *Oudalrich de Tannarn*, *Amalbreht de Zillinch*, *Tagini de Gisiling*, *Wernher & filius eius Dieterich*, *Chounrat*, *Balduwin*, *Gerwig de Rubindorf*, *Eppo de Sindinhofin*.

Quidam liber nómine *Pezilo de Tellinhusin* tradidit ad altare S. Stephani tale predium, quale habuit in villa Nertingen dicta, nihil excipiens quesiti & inquirendi, culti & inculti, exituum & redituum, Erchangero Abbate, & *Advocato Perenhardo* accipientibus; quam traditionem fecit pro remedio animę sue & uxoris sue omniumque fidelium animarum, & eiusdem predii investituram sine dilatione & absque omni contradictione dedit & subscriptis

testi-

teſtibus per aurem tractis ſtabilivit, de nobilibus: *Werinheri & eorum Werinheri: de familia Pernhart, Izzo &c.*

Noverint omnes Chriſtiani preſentes & futuri, quod in temporibus Epiſcopi Meginvuardi & Abbatis Erchangeri, *Pernhardo Skyrenſe* Monaſterii ſancti Stephani advocato, Iudita ex Epiſcopio data eſt in concambium cum omnibus liberis ſuis tunc temporis natis & poſtmodum ex ea naſcendis ad altare S. Stephani: & econtra data eſt quedam Luizza, cum ſua poſteritate ex Abbatia in Epiſcopium, eodem Epiſcopo Meginvuardo id precipiente, & *Pernhardo* advocato hoc concambium legitima comutatione faciente & ſubſcriptis teſtibus ſtabiliente. Quorum teſtes ſunt nobiles *Dienar de Huſan, Goteſcalch de Marhpach, Gotepolt & eius frater Herrant de Leran, Adalram de Pacharn, Pernhart de Erphenprunnin, Oudalrich de Tannarn, Guntpolt de Haganouuva: de familia iſti Fritilo de Suanehiltedorf, Pezili de Iſſandorf, Adalpreht de Petinprunn, Sigihart de Heidolffingan, Geruuich de Miltaha, Arnolt de Pupfisdorf, Wolfolt de Lohchirchin, Meginhart de Dietrichesdorf, Gerhart & eius filius Dietpolt de Wippinhuſin, & Vettingenſes Adalpreht, Sigihart, Wolfheri, Heriger, Adalger & Williholt.*

Non minori notitia condatur, quod quidam vir vocabulo *Lantpreht*, per manum advocati ſui *Sigihardi* tradidit ad altare S. Stephani tale predium, quale habuit apud villam Giſilingin, eiusdem altaris ſervitoribus perpetuo poſſidendum. Huius traditionis teſtes ſunt nobiles *Reginheri, Gebahart, Perht. de familia, Altman, Ratheri, Maganpreht.*

Noverint omnes Chriſtiani, quod quedam nobilis matrona nomine Richizza tradidit ad altare ſancti Stephani, absque omni contradictione, duas vineas apud Pornchovan proxime villam ſitas, & ad easdem vineas excolendas, in unoquoque arabili campo tria

ingera

iugera agri, & quatuor iugera silve & duo iugera pratorum, & unum hominem nomine Heimonem; qui Heimo, si non placeat Abbati in vinitorem, solvat quotannis V. denarios eidem altari & liber maneat ubi velit. Quam traditionem fecit eadem Domina pro anima patris & matris sue, ac pro anima Mariti sui & sui met ipsius, cunctorumque fidelium: eo pacto ut ipsa & eius coniux habeant easdem vineas ad suum vivere, & post illorum finem serviant fratribus. Ea firmitate ut nullus Abbas habeat potestatem eas prestare cuiquam in beneficium; & si fecerit proximus heres eiusdem Richize ponat unum Bizanzium super altare, & habeat vineas hereditario iure. Cuius testes sunt nobiles *Pernhart de Erphenprunnen, Oudalrich & eius Germanus Adelpero de Egilstorf, Gotebolt & eius filius Oudalrich de Rota, Rahawin de Sunnipach, Hartwich de Pettinochouan: de familia, Oudalrich de Ouslin, Gebehart de Dietrichstorf.*

Num. VI. Sub Abbate Pabone. 1097 - 1114.

Marchquart nobilis homo ex petitione *Tragapotonis* sui fratris tradidit ad altare S. Stephani III. mancipia scilicet Gezin & eius filium Fridericum, & eius filiam Gotelindam pro V. denariis annualiter solvendis. Cuius testes sunt nobiles *Guntpolt de Haganowa, Oulrich de Tannarn, Heinrich de Iesinpach, Outachar & Gotescalh de Mochingen: de familia, Adalpreht & filius eius Gotescalch de Petinprunnin, Wolfkoz de Rampah, quam traditionem suscepit Pabo Abbas, & Oudalricus Advocatus sine cuiusque refragatione.*

Quedam nobilis matrona nomine *Gertrud de Herrenhusin* tradidit absque omni contradictione tale predium, quale habuit apud Longishart ad altare S. Stephani, eo pacto ut edituus id ipsum predium habeat ad suum privatum, ut ipse edituus ex usu eiusdem predii altare cum lumine per annum provideat, & in an-

niversario eiusdem Gertrudis fratribus servitium ex hoc tribuat, & pauperes cum elemosina consoletur. Quam traditionem fecit pro anima sua & pro anima mariti sui *Heholdi*: ea lege siquis Abbas id ipsum predium alicui in beneficium tribuat, ut eius proximus heres solvat unum Bizancium eidem altari & hereditario iure predium possideat. Cum predio tradidit eidem altari quinque mancipia ad legitimum censum, id est quinque denarios, annualiter solvendum. Cuius rei testes sunt: *Liberi, Heinricus de Otmareshart, Pernhart de Rorigmos, Eberhart de Herrenhusen, Adalpero de Outinhovan, Altman de Siginpurg, Timo de Tanna: de familia Hartwig & Roudolf de Richoltesdorf, Wilipolt de Tietishusan, Werinheri de Gozzingen, Volohart de Hartchirchin. Heinrich de Ismanningen, Herrich de Mockingin, Altman de Heidolfingin, Hezil de Poukslagin, Tagini de Otphtesbovan, Heinrich de Pirchiliprunnin, Madalger de Abbatestorf, Meginhart de Dietrichistorf, Hartwig Firouga.*

Perhtoldus Comes & eius patruus *Chonradus de Iegobesberg* tradiderunt suam hereditariam ancillam Diemout in manum *Eberaronis* nobilis hominis *de Sprinchinpach*, tradendum eam quo ipsa petisset; que cum nuberet sancti Stephani servo, *Williholdo de Thermussa*, & filios & filias ab eo conciperet & genuisset, rogavit Dominos suos, ut preciperent eam cum suis liberis ad altare sancti Stephani Frisinge: excipiens suum primogenitum filium Gebehardum. Tunc ex iussu Dominorum scilicet *Perhtoldi Comitis* & eius patrui Chounradi tradidit cum liberis ad altare sancti Stephani idem delegator Eberaro ad servitium legitimi servientis, *Pabone Abbate & Oudalrico Advocato* hanc traditionem suscipientibus. Cuius testes sunt nobiles, *Guntpolt de Haganouwa, Oudalrich & frater eius Adalpero de Tannarin, Pernhart de Erphinprunn, Heinrich de Giesinpach, Tagini de Lieran: de familia autem Meginhart, & eius filii Gebehart & Elbwin de Dietrichsdorf, Pezili & Waltheri & Adalpreht de Vettingin.*

Huius

Huius Diemudis filia Christina nomine genuit duas filias Gisilam & Adelhaidam vocitatas, que pretio dato impetraverunt, ut ius haberent ovie sue; eo pacto, ut annuatim *Karitativum nummus* persolvant; quarum tamen posteri matrum non sequentur legem, sed continuum impendent servitium. Acta sunt hec sub Domino *Sigemaro* Abbate, & Geroldo prepositurum administrante. T. h. r. f. *Wahto & Reginfrid fratres, Gebehardus quoque de Hunprehteshusen.*

Quedam nobilis mulier Wazila vocata tradidit ad altare sancti Stephani ancillam suam & omnem posteritatem ipsius pro V. denariis annualiter solvendis absque omni contradictione. Cuius testes sunt, *Meginhart & eius filius de Detrisdorf, Adalpret de Pettinprun, Altrich de Piclinhusen, Adalpret de Nettingin, Gerolt de Wipphusen.*

Num. VII. Sub Abbate Meginhardo. 1116. - 1138.

Notum sit presentibus & futuris, qualiter *Henricus Dux Bauuariorum frater Welfonis* rogatu ac consensu Domini *Wolfirigel de Bouren*, decimas sex hobarum, quibus apud Gourchingen eundem inbeneficiavit: pro remedio anime sue super altare sancti Quirini sanctique Stephani in predicto posito loco potenti manu dederit. Huius rei testes sunt, *Ruvinus & frater eius Habart de Bouren* &c.

Wernherus de Hauveshusen renuncians seculo cum filio & filia tradidit ad altare sancti Stephani quicquid hereditario iure in Hakeshusen possederat, potestativis manibus absque ulla contraditione.

Venerabili *Comiti Ottoni* Meginhardus & fratres S. Stephani devotum orationis obsequium. Notum vobis facimus, quod

nos cum fratribus noſtris cuidam homini Ou. & filio eius C. conceſſimus curtem noſtram ſitam Ratisponenſi urbe, ob cenſum XXX. denariorum. Eundem hominem & filium eius gratie veſtre commendamus, quatenus veſtra defenſione ſecurus permaneat.

In tempore advocati Ottonis audite omnes Chriſtiani, quod quidam homo ſtultus neſcio quis vocaris, paravit contentionem magnam propter Richershuſen, & illa contentio ſolvebatur per manum *advocati* & per manum Abbatis Meginhardi LX. denariis. Teſtes, *Counradus de Dachous & eius filius, Otto de Moſin, Iſanrich de Lochkirchen, Wolfold de Wolfoltesdorf.*

Simili modo *Sigihardus de Walthereschirchen* converſus in Monaſterio ſancti Stephani, tradidit ad eiusdem martiris altare predium quod in eodem loco habebat hereditarium poteſtativa manu, contradictione nullius obſiſtente.

Eadem quoque hora *Kráft de Roubendorf* predium quod in eodem loco habebat tali conditione ad altare ſancti Stephani tradidit, ut ipſi usque ad obitum ſuum beneficiario iure maneat, niſi prius ultro dimittat, & ipſe annualiter ad cenſum inde numum perſolvat. He tres delegationes una die in preſentia Domini Ottonis Epiſcopi ſunt perpetrate, hisque teſtibus in eodem loco confirmate, *Engilberto Hallenſi Comite, Iſanrico de Lohchirchen, & filio eius Hainrico, Konrado de Haidolfingen, Altmanno de Haſalbach, Diepoldo de Wippenhuſen, Reginmaro de Unzichoven, Hainrico de Laimingen, Elpwino de Perchach, Ottone de Harda.*

Notum ſit omnibus Chriſtianis, qualiter quidam homo *Purchardus* nomine *de Wolfereshoven* delegavit hereditatem ſuam in manus *Adelberonis de Tuomprunnen* ſibi ſervandam & filius ſuis, quo Purchardo rebus excedente humanis, & liberis eius dividen-

tibus

cibus sibi hereditatem patris, predium ad Tazzenwanc devenit in partem Hachache, & Herburgis filiarum eiusdem Purchardi; que ambe seculo renunciare, & in Monasterio sancti Stephani Frisinge obedientie iugo colla submittere gestientes, rogaverunt predictum Alberonem, ut suam solvendo fidem, hereditatem que eis inter fratres suos obvenerat, delegaret in manus *Elpwini* qui erat de ministerialibus sancti Stephani: ea ratione, ut isdem Elpwin oportuno tempore eandem delegationem ad altare eiusdem martiris facere non moraretur; quod & sic factum & quicquid eedem sorores in Tazzenvanc habebant cum mancipiis ab Adelberone in manus Elpwini est delegatum. Cuius rei testes facti sunt, predictus *Adelbero de Tumprunn*, *Adelpreht de Hegen*, *Erchinpreht de Sinnebach*, & *frater eius Marhwart*, *Gerhart de Widenwanc*, *Reginger de Ericheſpach*, *Liutpolt de Choer*, *Iachan*, *Friderich de Salahach*, *Turinchart de Birboum*, *Hartman de Benzehoven*, *Switker de Sekka*. Prefatus vero Elpwinus eandem delegationem ad altare sancti Stephani fecit, predium ad Tazzenwanc fratribus inibi Deo servientibus perpetualiter stabiliens absque omni contradictione. Testes huius rei sunt: *Meginzol de Altorf*, *Isanricus de Lohchirchen*, *Roudolfus de Paſiperc*, *Gerwic de Roubendorf*, *Wernhere die Viehte*, *Engilman de Herbirchirchen*, *Dietmar de Zielshuſen*, *Gotſcalc de Strazloh*, *Sigihart de Tirnshuſen*, *Gozwin de Humpelon*, *Wolvoldus de Frisinga*.

Num. VIII. Sub Abbate Sigmaro. 1138. - 1147.

Adelbero de Wolvoldeſtorf in extremis suis, tradidit ad altare sancti Stephani predium quod habuit in Patendorf pro salute anime ſue & omnium parentum suorum, & testes facti sunt ibi, *Sigifridus eiusdem Adelberonis frater*, *Isanricus de Lohchirchen & huius filius Hainricus* & alii multi. Postea vero *Wolfhardus* quidam frater *Adelberonis & Sigifridi*, quasi iure hereditatis idem predium

sibi vendicavit, & de his Abbatem Ecclesie prefati martiris *Sigmarum* nomine non modium infestavit, qui licet tam Abbate quam testibus sibi contradicentibus spem iuris inde perdidit, XII. tamen siclos in presentia Domini Ottonis ab eodem Abbate obtinuit: ita ut tam ipse quam frarer suus Sigfrid iterato predium idem Ecclesie S. Stephani delegarent & siqua fortassis postea molestia inde a sororibus eorum orietur, ipsi hanc per semetipsos sedarent & de his Abbatem & fratres suos ulterius non inquietarent. Huius traditionis & conditionis testes facti sunt, *Engilbertus Hallensis Comes*, *Otto de Staine*, *Adelbero de Starcholdeshoven*, *Willihart de Gotprehteshoven*, *Roudolfus de Pastpere*, *Routlant de Pubinhusen*, *Isanrich filius Isanrici de Lohchirchen*, *Konrat de Pubinhusen*.

Notum sit omnibus Christianis, quod quidam liber homo *Perhtoldus* nomine *de Saissieden* rogatu fratris sui *Adilberonis* Monachicam vitam in extremis ad sanctum Stephanum profitentis, tradidit ad eiusdem martiris altare molendinum unum in loco qui Sempte dicitur pro salute fratris ac sui ipsius & omnium parentum suorum. Hii sunt testes, *Willihalm de Risen*, *Oudalricus de Funsingen*, *Herbort de Tatingen*, *Reginpreht de Isemanningen*, *Liuthere Hainrich*, *Pernhart*, *Wichman de Isemanningen*; *conversi nostri Hainrich Gerwich*.

Quidam canonicus sancti Andree Oudalricus nomine conversus in Monasterio sancti Michaelis & sancti Stephani tradidit illuc predium quod hereditarium in Pacchen possederat, a fratribus inibi Deo servientibus perpetualiter habendum. Cuius rei testes sunt hii, *Walchoun de Maginpach & fumulus eius Adilpreht*, *Purchart de Tuchingen*, *Altman de Frisingen & filius eius Oudalscalch*, *Konradus Meginhalm filius de Frisigen*; *conversi nostri Sigifrit*, *Roediger*, *Maktun*, *Geroldus*, *Hunger*.

Frideri-

Fridericus quidam de Wolfpach, delegavit prediolum ſuum in manus cuiusdam *Oudalrici de Chiemperc*, ſibi ſervandum aut dandum quo ipſe rogaret: quo poſtea infirmante rogavit eundem Oudalricum prediolum ſuum ad altare ſancti Stephani delegare, & non multo poſt occiſo eodem Friderico, Oudalricus, Friderici memor delegavit idem prediolum in Wolfpach ſitum ad altare ſancti Stephani: eo pacto, ut patri eiusdem Friderici ad vitam ſuam maneat, & ipſe inde X. numos annuatim ſolvat, Teſtes ſunt, *Konradus de Wolfpach, frater eiusdem Friderici, Karolus de Aiterbach, Hainrich, & frater eius Dietmar de Kiemperc, Sigrif de Tutelendor, Werinherus de Kiemperc.*

Noverint omnes Chriſtiani, qualiter concambium factum ſit inter Ottonem Friſingenſium preſulem & Abbatem ſancti Stephani Sigmarum, coram advocato eiusdem loci *Ottone Palatino Comite* ad quem idem negotium taliter pertinebat. Curtem quippe ad Goldenhuſen idem Comes a maiori Eccleſia beneficiario iure poſſederat, quam eius petitione recepta predictus antiſtes Eccleſie ſancti Stephani cum pratis & ſilva tradidit, retraditamque ſibi a prefato Abbate unam curtem in Leren & armentarium unum Comiti in beneficium reſtituit. Huius comutationis teſtes facti ſunt hii, de nobilibus, *Gebehardus de Hittenburch, Altman de Siginburc, Megingoz de Prengungesdorf: de familia Iſanricus de Lochchirchen & filii eius Hainrich, Iſanrich, Altman de Haſalpach, Konradus de Haidolving & frater eius Fritelo, Sigifrit de Wilbach, Sigifrit de Wolvoldeſtorf, Gerwich de Roubendorf, Rutlant de Bubinhuſen. De Miniſterialibus Palatini Comitis Werinhart de Metenbach, Adalhart de Priſingen. Gerwic de Kamera, & fratres eius Adalolt & Oudalrich, Hainrich de Wolvoldeſtorf & filius eius Hainricus.*

Mahtilt

Mahtilt de Roubendorf, & altera eiusdem nominis filia de ministerialibus, impetraverunt cum amicis suis ab Episcopo Ottone ut delegarentur ad altare sancte Marie in cripta, cum omni posteritate sua ad censum V. denariorum annuatim solvendorum. Hec delegatio facta est per manum, *Isanrici de Lohkirchen*. Testes autem facti sunt hii, *Isanricus Kamerarius qui & delegator & filii eius Hainricus & Isanricus*, *Konradus de Haidolving & huius sororius Sigrifrit de Wilbach*, *Gerolt de Isemanning*, *Conrad de Perchoven*, *Wolfhere*, *Gerwic de Roubendorf*, *Wernhere de Wienbach*, *Sigifrit de Wolvoldestorf*, *& Engilwart de Frisingen*, *Hiltprant de Adelhereshusen*. Huis *Mathilde maritus Hainricus* nomine legitimus servus *Roitberti de Tounneshusen* traditus est ab eodem Routberto eiusdem Hainrici petitione ad altare sancti Stephani legitime illuc serviturus. Testes de nobilibus, ipse *Routpreht*, *Liutoldus de Haganowa*, *Wolfirigil de Haimprehteshoven*, *de Ministerialibus*, *Diepolt de Wippenhusen*, *de nostris Elpwin de Perchach*, *Gebehart de Humprehteshusen*, *Pernhart de Nertingen*.

Isanricus de Dachsmoutingen ex ministerialibus sancte Marie tradidit ad altare sancti Stephani potestativis manibus nullo contradicente, predium in Laibingen, pro anima fratris sui *Roudigeri* nuper occisi, & pro sua salute & omnium parentum suorum: testes, *Werinherus de Vichte*, *Engilpreht de Alburch*, *Gerolt de Ouerbach*, *Aserich de Kemenaten*, *Pilgrim de Filzhaim*, *Oudalrich de Iback*, *Dietmar de Vilsa*, *Bernhart de Nertingen*.

Quedam mulier de familia sancte Marie cum viro suo Eberhardo conversa in Monasterio sancti Michaelis & sancti Stephani, tradidit ad eorundem altare per manum *Ortolfi de Perge* absque omni contradictione predium quod in Hakeshusen habebat hereditarium, cum pratis & filius & mancipiis: oblatis etiam

ad

ad idem altare duobus filiis ad Monachicum ordinem nutriendis. Hec ut credantur hij teſtes exhibeantur, *Ludwic de Haidolvingen, Eberhart de Varnoldeshuſen, Engilmar de Maſſenhuſen, Konrat de Horskenhoven, Iſangrim & frater eius Wolfhart de Horskenhofen, Hainrich de Wolvoldesſtorf, Richer de Paccharn, Sigihart de Haidolfingen, Gerunc de Obernkuſen, Oulrich de Erphenprunnen, Tagino de Wichtkirchen, Pilgrim de Zellenkuſen, Ekkepraht de Perge, Wolfhere, Engilwart, Hartwic de Friſingen.*

Engeldie de Pacchen, ex miniſtralibus ſancte Marie, tradidit predium ſuum quod habuit hereditarium in Riechenſtorf, filio ſuo Ariboni, absque omni contradictione, & hii teſtes ſunt, ipſe pater *Engildie, Roudolfus & frater eius Rutlant de Pubinhuſen, Engildie & Adalwart de Rotinpach, Kounrat, Adilpraht, Friderich de Veringen.* Isdem vero *Aribo* ad extrema perductus, delegavit in manus *Roudolfi & Rutlandi de Pubinhuſen*, ſervandum per eos Eccleſie ſancti Stephani aut tradendum ad altare eiusdem Eccleſie, dum ſcilicet cuidam *Hainrico de Lohkirchen*, XII. talenta reddentur, ipſe enim hac conditione, eandem curtem ab Aribone pro XII. talentis ſuſceperat: delegationis autem huius teſtes ſunt, *Engildie de Pacharn* & ceteri qui ſupra. Mox vero Aribo ſeculo renuncians ad Eccleſiam ſancti Stephani monaſticam profeſſus eſt vitam, quo defuncto permiſſo *Hainrici de Lohkirchen* ad petitionem Abbatis de S. S. *Rutlandus de Pubenhuſen* delegavit predium idem in manus *Konradi de Haidolfingen* ex fide, qua & ipſe ab Aribone ſuſceperat. Teſtes, *Adalpero de Starkoldeshofen, Iſanrich de Lohkirchen & filius eius Hainricus, & Iſanrich, Fritelo de Suamkiltorf, Sigifrit de Wolvoldeſtorf, Hiltprant de Adelhareshuſen.*

Noverint omnes, quod Sigimarus Abbas XII. talentorum *Hainrici de Lohkirchen* debitor exiſtens, dedit ei quatuor; pro reliquis

liquis octo dedit cuidam clerico nomine Arnoldo predium unum in Iſemanningen, ſcilicet ut isdem Arnolt octo talentorum debitor exiſteret predicti Hainrici, & delegatum eſt predium idem in manus *Gerwici de Rut* coram Ottone Epiſcopo & *Ottone Palatino* Comite cum predictis teſtibus. Tandem in quodam placito coram Domino Ottone Epiſcopo & Ottone Palatino Comite qui advocatus Eccleſie ſancti Stephani, delegatum eſt idem predium a *Konrado de Haidolvingen* ad predictam Eccleſiam, Advocato ſuſcipiente illud, & Epiſcopo anathematizante omnes qui aliquam violentiam de eo facere preſumpſerint. Que quo credantur, per teſtes hos roborantur, *Adalbero de Starcholdeshofen Eberh. de Walda, Rupreht de Tunneshuſen, Iſanrich de Lohchirchen & filius eius Hainrich, Iſanrich, Konrat de Haidolfingen & frater eius Fritelo, Engeldie de Pacchen, pater Aribonis, Gerwic de Rubendorf, Diepolt de Wippenhuſen, Engilmar de Herbirgekirchen, Sigifrid de Wolvoldeſtorf, Sigboto de Marzilingen, Sigiboto de Perge, Hainrich de Hunpeln, Gerwich de Kamera, & frater eius Oulrich, Wernhart de Metenpach, Wernhere de Wibah, Witelo de Wartenperc, Conrat & frater eius Gerwic de Horskenhoven, Walther de Asken, Gebehart de Hunprehtash, Hilprant, & frater eius Hainrich de Adelbereshouſen.*

Rupertus de Purcrane in extremis ſuis ſeculo renuntians, tradidit ad altare ſancti Michaelis & ſancti Stephani per manum cognati ſui *Hainr. de Lohchirchen*, tale predium quale habuit in loco qui dicitur Adelgiſingen, pro remedio anime ſue, absque omni contradictione. Teſtes ſi poſcas hic ſcriptos eſſe cognoſcas, *Adilbero de Starcholdeshofen, Iſanrich de Lohchirchen & filius eius Hainricus & Iſanrich, Konrat de Haidolvingen & frater eius Fritelo de Suamhiltorf, Sigfrit de Wolvoldeſtorf, Hiltprant de Adelbereshuſen*

Have-

Noverit omnis Ecclesia qualiter venerabilis clericus *Richere* nomine, tradidit predium quod ipse habuit ad Hortilshusen ad altare sancti Stephani, in beneficium fratribus inibi Deo servientibus sine omni contradictione per manum Alberici. Huius rei testes sunt, *Altman de Haselbach*, *Gotscalch de Petenbrunnen*, *Wolfhere de Ianstorf*, *Isanhart de Miltahe*, *Dietpolt frater eius*, *Ortolf* &c.

Noverit omnis fidelium populus, qualiter quidam *Adiloch de Dorrinpach* pro susceptione filie sue Richardis nomine in Monasterium nostrum, quoddam pratum in confinio Asheringen ad altare sancti Stephani tradidit: ita duntaxat si ab *Adalberone de Richershusen* a quo in beneficio acceperat, proprietatis iure impetrare potuisset; quod si non posset, statuit nobis pro pignore curiam suam Massenhusen, quoadusque VI. talenta nobis persolveret. Testes sunt, *Isinrich de Lochkirchen*, *Adiloh & frater eius Ruodolf*, *Friderich Adiloch de Gutchinhusen*, *Adilpret de Haga*, *Eberhart de Werde*, *Eberhart*, *Ekasto*, *Fritilo de Ismaniggen & frater eius Konrat de Percha*.

Quidam *Hainricus de Otershusen* tradidit per manum *Oudalrici nobilis viri de Giebingen* ad altare sancti Michaelis & sancti Stephani, quicquid in eodem loco habebat, potestativis manibus, absque omni contradictione pro sua salute parentumque suorum & pro omnibus debitoribus suis: hac scilicet conditione ut ipsi ad vitam suam remaneat, nec prius ultra dimittat. Hanc delegationem suscepit Otto Frisingensis Episcopus cum Abbate Sigmaro, abhibitis his testibus: prefatus *Hainricus de Ostershusen*, *Oudalricus de Giebing qui & delegator*, *Isapricus de Lohchirchen*, *Altman de Hasalpach & filius eius Sigehardus*, *Grim. de Wieren*, *Sefrit de Wihsen*, *Herbort de Erlhusen*, *Wernhart filius Gerwici de Kamera*, *Hainricus de Perchach*. Mortuo autem predicto Heinrico filiis eius de predio

contentionem moventibus, Dominus Rapoto Abbas sancti Stephani dedit eisdem filiis suis XIII. talenta ut abdicarent & abdicaverunt. Testes, *Counradus Dux & filius eius de Dacowe, Volmarus frater eius Witiliep, Pilgerim, Heinricus & fratres eius de Otershusen, Amelpreht de Orterhusen, Sigefridus Cocus.*

Adalbertus de Haga tradidit ad altare sancti Stephani predium quod habuit hereditarium in loco qui dicitur Milendorf absque omni contradictione, pro sua salute & omnium parentum suorum & omnium debitorum suorum: ea ratione ut ad elemosinariam domum serviat. Testes idem *Adilbertus, Baldwin de Germaringen, Hereman de Haga, Reginpertus de Nertingen, Perhtolt Adalhoh, Chonrat de Vettingen, Perhtolt de Adelheresh, & frater eius Wolfhart.*

Craft de Rubendorf tradidit ad altare sancti Stephani predium suum in Rubendorf: hac ratione ut ipsi ad vitam manent sicut supra invenitur. Postea vero hoc pacto se ex integro abdicavit, conventus ab Abbate Sigmaro XX. siclis. Tradiderat quoque ad idem altare beneficium, quod in predicto loco ab Episcopo habebat, pro quo beneficio dum quidam *Gerwic de Rubendorf* contenderet, muneratus ab Abbate Sigmaro talento abdicavit se omni iure de eodem beneficio; in manus Domini Ottonis Episcopo delegatum est idem predium fratribus sancti Stephani. Testes qui hoc audierunt & viderunt hi sunt, *Hainricus de Prunnen, Engilmar de Massinhusen, Konrat & frater eius Routlant de Pubinhusen, Ysanrich filius Isanrici de Lohchirchen, Conrat de Pubinhusen, Arnolt, Diemar de Zielhusen, Pernhart de Leren, Arnolt Bucchesuch de Frisingen.*

Nove-

Noverit religiosa cunctorum fidelium industria qualiter quidam Frisingensis Ecclesie ministerialis *Isurich* dictus predia sua que in eodem looo Pietendorf dicto, hereditario iure possederat Ecclesie sancti Stephani contradidit. Nec non & cetera que in eodem loco cum adiacentibus curtiferis beneficiario iure possederat, Otto tunc temporis eiusdem Ecclesie preful rogatu eiusdem, Ecclesie indulsit cum omnibus mancipiis eisdem possessionibus attributis: ea conditione, ut clementer, sicut in eius dominio fuerant asueta, cum eis agatur. Huius rei testes sunt hi: *Isanricus de Lobchirchen & filius eius Heinricus, Adelbertus de Haga, Mathuni de Marcilingen, Paldwinus de Germaringen, Heinricus de Herdishusen, Adelbertus de Hirzpach, Gotefridus de Haga, Arnoldus de Giegilshusen, Walchuon de Maginpach, Eppo de Wintpohingen, Wolcoldus de Frisingen, Bernhardus de Leren.*

Omnium fidelium notitie pateas, quod quidam *Reginarus* Frisingensis Ecclesie ministerialis predia que in his locis videlicet Vorsingen, Touminingen, Pouterichestorf libere possederat, ad altare sancti Stephani potestativa manu tradidit cum uxore sua nomine *Benedicta* secum inibi conversa. Cuius traditionis hi testes fuerunt, *Isanricus de Pitendorf, Mathuni de Macilingen, Werinherus de Wolinpach, Engilmarus & frater eius Erinpertus de Heribirchirchen, Wintherus & Lantfridus de Tanne, Dietmarus nobilis de Filchaim, Adelpertus de Hirzpach, Gerolt de Nertingen: de familia Elbwinus de Perchach, Gebehardus de Houmbrechtshusin, Reginpoto de Affolterbach.*

Omnibus Ecclesie fidelibus notum esse cupimus, qualiter quidam *Roudigerus de Cholbach* predia sua duo sita Cholbach & Pisliz, que sibi & patruo suo *Engildio* nomine, sine divisione communia erant, mortuo autem patruo traditione ipsius singula-

riter ipse ex toto possederat; ad altare sancti Stephani propria *& uxoris sue Judite* manu, pro sua ac omnium parentum suorum seu debitorum salute delegavit: eo pacto, ut eo mortuo sive uxore sua prius defuncta tota illa pars, quam sibi patruus suus moriens donaverat, quamque predictus Roudigerus uxori sue nec in desponsatione nec postea umquam dederat, sue statim sepulture sive uxoris atque fraternitatis obtentu ad ius Monasterii supradicti martiris pertineret, altera autem pars alteri eorum cui longior vita concessa fuerit usque ad obitum remaneret, nisi aut sponte sua dimitteret. Testes, *Gerwic de Rubendorf, Dietpolt & filius eius senior eiusdem nominis de Wippenhusen, Arnolt & frater eius Chonrat de Utenpurch, Ruodigerus predictus de Cholpach & vir eius Conrat, Karolo, Engilmar Gerlohe & Heinricus de Horskenhoven, Reginmarus & Oudalricus & alius Oudalrich de S. Vito Frisinge, Engilmarus de Birchirchen, Ditmar de Wintpozzingen, de nostris Wolhart.* Inter mancipia autem predictas possessiones pertinentia huiusmodi conditionis facta est differentia, ut alia eorum censum V. numorum annuatim persolverent. Post mortem huius Rudigeri & uxoris & filie eius, quia nos obtinuimus eadem predia, quidam sui servi Haimrich & frater eius Oudalrich, habebant conditionem cuiusdam partis, quam ab eo in beneficium acceperant, quam nos eis dimissimus ad censum quatuor numorum, ad vitam eorum. Testes, *Elso & frater eius Gelfrat de Cholpach, Engilmar de Massinhusin, Ekkehart, Adilpreht, Heripato de eadem Villa.*

Sciat universalis Ecclesia, quod quidam ministerialium sancte Marie Frisingensis *Mathuni dictus de Marcilingen* predium quod in eadem Villa & ad Perchoven legitimo iure possederat, cum coniuge sua seculo renuncians ad altare sancti Stephani potestativa manu contradidit. Cuius rei testes sunt, *Isinrich & filius eius Heinrich de Lohkirchen, Isinricus de Pitendorf, Gerwicus de Rubendorf,*

dorf, Heinrich de Isenmaningen, Chunrad filius eiusdem Math. Wolfoldus de Frisingen.

Item *Adalgoz de Louterpach* agrum in villa Oulstorf situm sibi defixum fratribus sancti Stephani contradit, perpetim ab eis habendum, nisi redimeretur talento: testes qui supra. Item predictus Mathuni permittente venerabili Ottone tunc temporis Frisinnensium Episcopo, molendinum in Marcilingen situm, quod a maiore Ecclesia beneficiario iure possederat, ad altare S. Stephani cum predio sui iuris delegavit.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter quidam ministerialis sancte Marie *Willibolt* nomine de *Wipp-nhusen*, tradidit ad altare sancti Stephani protomartyris Christi curtiferum apud Rihkerespach, eo tenore, quod ipse curtiferum in beneficiciali iure possideret; obeunte autem illo filius eius *Gerolt* aliud curtiferum in Liutperhteshusen, super idem altare contradidit, ea conplacitatione, quod ipse cum duobus successoribus suis, filio scilicet suo ac nepote, predictum curtiferum in Wippenhusen absque omni servitio possideret. Defuncto vero Geroldo filius eius *Dietpolt* tradidit ad predictum altare duo proprietatis sue curtifera, unum apud Isenmaningen, & alterum apud Truhteringen, & molendinum unum apud Vetingen, quod ipse ab Episcopo in beneficium habebat, & ab ipso donari ad prenominatum altare impetravit, & sic tandem maximo labore pretextatum curtiferum apud Wippenhusen in proprietatem sibi commutavit. Hec conplacitatio facta est, anno Incarnationis Dominice MCXLI. presente & hanc complacitationem confirmante Domino Ottone venerabilis huius sedis Episcopo, & Sigimaro predicti protomartyris Abbate. Huius rei testes sunt de nobilibus *Heinricus Comes de Wolfratshusen, Berchtolt Comes de Tirole, Perinhart de Wilheim,*

Wilheim, Marachwart & frater eius Otacher de Mohingen, Beriktolt de Yfelendorf, Rutperht de Frichendorf, Wolftrigil de Heimperhteshusen: de familia sancte Marie Ysenrich Camerarius & filius eius Heinrich, Waltman & frater eius Rudolf de Pastperch, Chunrat & Ludowich de Heidolfingen, Gerwich, Fritilo de Unzinch, Altman de Haselpach, Wolfheri & Sigifrit de Wolfoltesdorf, Gotescalk de Petenprunn, Lieder & filius eius Engilwan de Ahidorf, Engildio & filius eius Aribo de Paha, Eberhart & filius eius Herbort de Hag, Wolfhart de Pachen, Einwich & frater eius Heinrich de Hitenf. Chuonrat de Veringpach, Fritilo de Gugenb. Chuonrat de Pub. Aribo & filius eius Werinch de Humperhtesh. Dietmar & Uodalscolch, & Sigiboto de Zielesh. Dietpolt de Sindesh. Sigiboto de Marzilingen, Adalperht, Rorspato, Isengrim de Pub.

Notum sit omnibus futuris quam presentibus, qualiter quidam *Willipoldus* nomine Frisingensis Ecclesie ministerialis conversus in Monasterio sancti Stephani, tradidit ad eiusdem martiris altare predium quale habit in loco qui dicitur Wachraimen, pro remedio anime sue, suorumque parentum atque omnium fidelium defunctorum a fratribus inibi Deo servientibus perpetim habendum, sine cuiusquam contradictione, potestativis manibus culti & inculti, quesiti, inquisiti. Huius traditionis hii tracti sunt testes, *Heribort eiusdem Williboldi filius, Sigihart de Paccharn & eius filius Sigihart & duo milites eius Oudalrilh & Gerolt, Kounradus de Haidolvingen, item Konrat de Perchoven de Frisinga.*

Quidam duo Germani unus vocabulo *Adilpreht* & alter *Volcmar* vocatus cum matre sua nomine *Irmengard* conversi in Monasterio sepe dicti S. martiris Stephani, predium quod hereditario iure possederant in loco qui dicitur Perge, sine aliqua contradictione ad eiusdem martiris altare tradiderunt potestativis manibus

bus, Ecclesiam cum dote ad eandem pertinente, quicquid in eodem loco possederant. Testes hi sunt effecti, *Isanrich de Lohchirchen*, *Aribo de Paccharn*, *Eberhart de Hangentenhaimen*, *Sigihart de Paccharen*, *Sigifrit de Wilbach*, *Megingoz de Riede*, *Oudilrich de Geren*, *Fritel de Isemanningen*, *Gotescale de Pettenprunne*, *Friderich de Vatersteten*.

Item cunctis innotescat fidelibus, qualiter quedam femina *Perhta* nomine libera *de Vrienmoringen* in manu viri sui *Marchwardi* de familia sancti Stephani, delegavit eiusdem loci predium ad altare memorati martiris, interdicta omni contradictione, potestativis manibus adhibitis testibus subtrascriptis, quod videlicet predium a Domino Sigimaro eiusdem loci Abbate ita recepit ut ipsa cum omni posteritate sua annuatim censum V. numorum ad altare sancti Stephani de *propriis suis* persolvant. Cuius rei testes sunt per aurem tracti, *Adelpreht de Haga*, *Walchon & Altman de Gisenhusen*, *Arnolt de Zielhusen*, *Walchon de Maginpach*, *conversi nostri Mathun*, *Hainrich*, *Roudiger*.

Simili modo cunctis pie viventibus innotescat, qualiter in diebus Ottonis Ecclesie Frisingensium venerandi presulis, devotus fratrum sancti Stephani Sigimarus Abbas predium a quodam viro de *Indechoven*, *Eberhardo* nomine, septem talentis & uno equo qui valere unum talentum videbatur conparavit, situm in loco qui dicitur Adilprehtesbergen, absque ulla contradictione potestativa manu. Huius rei testes sunt hii, *Herrebort de Abbatistorf*, *isdem Eberhardus & Egilolf & Hainrich de Indechoven*.

Quidam vir nobilis *de Pruele* ad extrema veniens *Aribo* nomine, delegavit per manum *Adelberti de Hurlpach* duo mancipia quorum hec sunt nomina Chonradus & uxor eius Adelhait ad altare

ſancti Stephani, pro remedio anime ſue ac parentum ſuorum & omnium fidelium defunctorum, ad cenſum V. numorum cum omni poſteritate eorum ſingulis annis perſolvendum. Hi ſunt teſtes predictus *Adelpreht de Huripach*, *Eppo de Pruele*, *Hartman de Pruele*, *Werdolf de Pruele*, *Herrant de Pruele*, *Reginpolt de Pruele*.

Ea ratione cunctis fidelibus pateat, qualiter quedam femina Irmingart nomine rogatu duarum filiarum ſuarum in Monaſterio ſancti Stephani converſarum, tradidit ad eiusdem martiris altare predium quod in loco Muſſin dicto poſſederat per manum *Adelberti Ludemarſtorf*, *regalis clientele*, absque omni contradictione poteſtativis manibus. Teſtes hi ſunt contracti, *Adelbertus de Ludimarſtorf*, *eiusdem predii delegator*, *Adalpreht de Houripach*, *Oudalrich de Staine*, *Gotfrid de Werda*, *Walchoun & Ekkehart de Staine Regimar & Mathun de Friſinga*, *Gotfrit & Gebehart de Friſinga*.

Eppo de Mammandorf tradidit predium quod habuit in loco qui dicitur Toullinperc, ad altare ſancti Stephani pro remedio anime ſue omniumque fidelium defunctorum absque omni contradictione, quicquid in eodem loco poſſederat. His teſtibus per aurem tractis, *Wolfhere de Wolvoldeſtorf*, *Loudwic de Haidelvingen*, *Hainrich de Herekershuſin*, *Hainrich de Hypeln*, *Adalhart & Engildie de Rotinpach*, *Starfrit de Arinoltingen*, *Eribo de Pachaen*, *Wernhere de Grimundeſpach*, *Diepoldus de Pillungiſtorf*, *Hainrich de Hadaricheſtorf*: *de familia Elpwinus de Perchach*, *Gebehart de Humpreteshuſen*, *Wilrich de Zollingen*, *converſi noſtri Hunger*. *Roudiger*, *Reginpreht de familia*.

Roudiger de Pacchenhuſen cum coniuge ſua *Halica* converſus in Monaſterio ſancti Stephani tradidit ad altare eiusdem martyris predia que in his locis, ſcilicet Pacchenhuſen, Pechingen,

Nenin-

pach hereditario iure possederat, pro remedio anime sue omnium, que fidelium defunctorum potestativis manibus absque omni exceptione. Testes hi sunt, *Gerwick de Roubendorf*, *Walchoun de Chriminingen*, *Oudalrichen de Mazelpach*, *Diepolt de Wippehusen*: *Hainrick de Tanhusen*, *Vernhere de Viehte*, *Ainwich de Hittenvurte*, *Wolfhere & Gerolt de Frisinga*: *de familia Elpwin de Perchach*, *Herrick de Ousten*. Pro his prediis fecit nobis werram eiusdem Rudigeri soror, eo mortuo; quam solvimus dimisso ei uno predio apud Neninpach & datis triginta numis. Testes, *Otto Wildgrave Comes*, *Wolfhart de Horskenhoven*, *Gerwick de Kamere*, *Arnolt de Outenpurch & filius eius Kunrat*, *Ekkehart de Paichenhusen*, *Adilhart de Rothenpach*, *Elpwin de Perhehach*, *Perktolt*, *Chunrat de Chamere*, *Rudiger*, *Ruother de Adilhershusen*, *Perchtolt de Uihchirchen*.

Noverit universalis Ecclesia qualiter quedam femina Adalhait nomine conversa in Monasterio sancti Stephani, cum viro suo nomine *Erchenberto*, tradidit ad eiusdem martiris altare predium quod habuit in loco qui dicitur Humpelen, absque ulla exceptione quicquid inibi possederat, culti & inculti, potestativis manibus absque ulla contradictione. Hi sunt testes, *Roudiger de Dahsmoutingen Avunculus mulieris eiusdem*, *Richer eiusdem mulieris frater*, *Richer & eius frater Hartwicus de Frisinga*, *Erchenpertus maritus eius cum ea conversus & huius frater Liupolt*.

Item noscat universorum industria, qualiter quedam mulier *de Guetechenhusen*, *Perhta* nomine pro salute anime sue, ac viri sui *Adelheidi* & duarum filiarum suarum Adelheidis & Richenze, in Monasterio sancti Stephani conversarum, delegavit prediolum, quod legitime possederat in loco qui dicitur Dietherspergе ad predicti martiris altare, nihil excipiens potestativa manu contradictione nullius obsistente. Testes autem hi sunt, per aurem tra-

cti, *Adeloh eiusdem Perhte maritus Marchwardus de Mochen, Hainrich de Perchach.*

Iterum notum sit omnibus quod quedam mulier *Hiltipurc* nomine ad remedium anime sue ac filie sue Irmingart omnium parentum suorum, prediolum in loco, qui dicitur Eberspach, potestativa manu tradidit ad altare sancti Stephani, in quo predicta filia eius Christo servitura seculo renunciavit sine ulla exceptione nullo contradicente. Quam traditionem hisce testibus stabiliunt, *Roudolf de Ursenhoven eiusdem mulieris Maritus, Eppo de Wilpach, Gerolt de Isemanningen, Sigebot de Chirchdorf, Oudalrich de Tutelendorf.*

Notum sit omnibus Christianis, quod Dominus Sefridus Parochianus de Slegilspac predium, quod habuit apud Alprehtesperge ad altare sancti Stephani de Potestatinis manibus delegavit. Hec delegatio facta est pro remedio anime eiusdem Sefridi & suorum parentum & omnium fidelium defunctorum: hoc modo ut siquis Abbas in beneficium dederit, cum Symone Iuda communionem in fine habeat: Huius rei testes sunt, *Altman de Haselpach, Walchon de Haselbach, Oudalrich de Harthusen, Conrad de Haidolvingen, Williholt de Zielshusen, Pilgrim de Zellenhusen, Regimar de Purin, Wolvolt de Owa, Tamo de Aiterpach, Hainrich de Zollingen, Hainrich, Elpwin de Perchach, Wisilo de Hunprehtesh, Adilpret, Sigholt de Vettingen.*

Haimo de Tannarin legitimus serviens ex familia sancti Stephani tradidit ad altare eius quale habuit potestative predium apud Tannaren, atque omni contradictione pro remedio anime sue omniumque parentum suorum. Testes, *Williholt de Roubendorf, Isanhart de Miltaha, Wolfhere de Ianisdorf, Hainrich & Elpwinn de Perchach, Reginprecht de Nertingen, Wolfolt de Wunprechtsdorf.*

Pro

Pro censu V. nummorum *Sigifridi de Utingen.* Testes sunt, *Otto Palatinus Comes & frater eius Fridericus, Chunradus iudex de Wersinperc, Adilhardus de Prisingen, Gotefridus Pincerna, Pertoldus de Eschelbach: alia vice Liutoldus & filius eius Liutoldus de Hagenowe, Gebolfus de Eschelbac, Otto Scrahcut: de familia Chuonrat, Heribort, Gelfradus.*

Notum sit omnibus qualiter *Herrandus de Alphereſtorf* ministerialis sancte Marie, cum filio suo Isinhardo tradiderint in eodem loco proprietatis sue predium ad altare sancti Stephani, sic ut si idem Isinhardus non consorte sua uxoretur, vel sine herede defungetur predium idem ad sanctum Stephanum respic at. Testes huius rei sunt, *Altmanus de Haidolfingen, Sighardus de Miltaha, Conradus de Haidolfing & frater eius Fritilo de Haidolfingen, Haimrich de Eichoven & frater eius Conradus, Elpwin de Echach.*

Intimamus vobis qui Deo & sancto Stephano famulamini, quod *Conradus de Tering* cum uxore sua *Gnamwib* benignam nobis exhibens voluntatem largus semper erga nos extitit: Cuius beneficia cum sint quam plurima, hec tamen sunt potiora; scilicet XII. talentis predium ad Gunzinhusin emit & predium ad Tirnhusen, ad Wacrain unam curtem, & duas huobas. Idem quoque sollicitus pro anima sua exiſtens, plenam fraternitatem a nobis susce-pit & sepulturam ubicunque obierit: liberum etiam introitum conversionis in loco nostro. Ipse quoque rogavit, ut bona sua que sparsim nobis contulit in unum locum redigerentur, qui nominatim sue largitioni ascriberetur, ad sui memoriam comendandam: cuius petitioni *Sigmarus* Abbas assensum prebuit & prefatum predium ad Wacrain eius munificentie specialiter assignandum decrevit.

Altmannus de Haſalbach & filius eius *Sigihardus* fecerunt delegationem ad Eccleſiam ſancti Stephani, ſic ut ſi idem Sigihardus ſine herede obierit predium eorum in Haidolvingen ad eandem Eccleſiam pertineat: ſi uxorem absque liberis habuerit, ipſi donec vivat ſerviat, poſt ad ſanctum Stephanum pertineat. Cuius rei teſtes ſunt, *Oudalrich de Endilhuſen*, *Gotſcalc de Petenprunn*, *Arnolt de Zielhuſen*, *Pilgrim de Zellenhuſen*, *Hainrich de Haimhauſen*, *Gotpolt de Leſenpach & frater eius Hainrich & Adilbero*, *Hainrich de Wihſe*: *Konrad & Oudalrich filii prefati Altmanni*, *Hadamar & Eberhart de Haſelbach*, *Oudalſchalc de Licingen*, *Pertolt*, *Adilbolt de Uettingen*.

Starfrit de Iſemannen tradidit ad ſanctum Stephanum predium ſuum, ſi ipſe non fuerit reverſus de via hieroſolimitana, & in beneficium debet dari cuidam fratri eius dum vivit. Teſtes, *Conrat de Horskenh. & frater eius Gerwic*, *Roudolf de Kamera*, *Adelolt de Marpach*, *Hainrick de Herdiſch*, *Gebehart de Humprehtshuſen*, *Richolf de Perchach*.

Noverint omnes Chriſtiani, quod Azala de familia ſancte Marie tradidit ad altare ſancti Stephani tale predium quale habuit in loco qui dicitur Wikinhuſen, pro remedio anime ſue omnium que parentum ſuorum. Eo pacto ut ſiquis Abbas illud inde auferat, vel in beneficium preſtiterit, proximus heres redimat predium ab altari V. denariis. Teſtes, *Gerolt de Wippenhuſ. Gotſchalch de Petenprunn*, *Wolvolt de Wolveldeſtorf*, *Elpwin de Perchach*, *Reginpertus de Nertingen*; *Adalper*, *Richeri*, *Oulfcalc*, *Manili de Friſingen*.

Omnibus Chriſti fidelibus innoteſcat, qualiter quidam Geroldus de familia ſancte Marie converſus in Monaſterio ſancti Stephani

phani tradidit predium suum quod habuit in villula que dicitur Rora iuxta fluvium Iluinam, supra altare prenominati martiris per manum *Hekoldi* nobilis viri *de Wolmotsaka*, pro anima patris & matris sue ac ipsius omniumque fidelium defunctorum. Testes, *Pertoldus de Wolmotsaka frater eiusdem Hekoldi*, *Sigahart de Riede*, *Adilbertus Tegimpach*, *Gotescalchus de Petenpraunen & filius eius Gozwin*, *Diepolt de Wippenhusen Roudolf de Pubinhusen*, *Gerwic de Rubendorf Eberhart Grimthaimen*, *Fritel de Grouba & eius famulus Prunwart*.

Quidam *Herricus de Perchach* tradidit ex petitione suorum parentum tria mancipia cum eorum filiis ad altare sancti Stephani: eo pacto *ut cum ad XII.* annos *pervenirent*, quotannis V. numos ad idem altare persolverent, & omnis eorum posteritas. Testes, *Willibolt de Roubendorf & eius filius Gerwich*, *Isankart de Miltaka*, *Wolfhere de Maminstorf*, *Diepolt de Wippinhusen & eius frater Gerolt de Sindeshusen*, *Elpwin de Perchach*.

Marquart quotidianus operator S. Stephani *& eius uxor Pertha de Honingen*, ut ipse censualis existeret, tradiderunt ad altare sancti Stephani suum servum Marquardum pro V. denariis quotannis persolvendis; si unum annum negligit in altero emendet, si duos, si non emendat, in quarto anno cogatur ad quotidianum servitium. Testes, *Gerolt de Wippenhusen*, *Tamme de Aiterbach*, *Otmar de Moringen*.

Domina *Adilhait Comissa de Lubnowa* delegavit ancillam Hizilam in manus militis sui *Hezilini de Tale*, tradendam ad altare sancti Stephani pro censu V. numorum annualiter persolvendo, si unum annum neglexerit, in altero emendet. Testes, ipse *Hezil & cognatus eius Perhtolt de Etiling*, *Hainrich de Wolvoltstorf*, *Aribo de Holtoltshusin*, *Gerwic de Rubendorf*.

Notum

Notum sit omnibus Christi fidelibus, qualiter quedam mulier *Irmengart* nomine *de Luitprehtesdorf* filia *Engilrici* tradidit se ad altare S. Stephani cum duobus pueris *Pertholdo* & Mathilde: eo tenore ut annuatim censum V. numorum persolvat. H. r. t. f. *Friderich de Celle*, *Pilgrim de Tierenshusen*, *Degenhardus de Tellenhusin*, *Gebehart de Humprehteshusin*, *Oudilbrecht de Piettendorf*, *Raffolt & Winter de Luitprehtesdorf*, *Sigehart & Elpwin de Perchach*.

Quidam nobilis homo *Wolfbrigil de Teissen* tradidit S. Stephano per manum *Aribonis de Proule*, tale predium quale habuit apud Mittenolagen, pro remedio anime sue & parentum suorum Testes, *Megingoz de Alpdorf*, *Hainrich de Ortenburc*, *Carolo de Asterbach & frater eius Dietrich*, *Roupertus de Fricchendorf*, *Friderich de Pruckpere*, *Adalhart de Prisingen*, *Heinrich de Gundingen*, *Perhtolt de Orten*, *Conrat de Perge*, *Rudiger de Tolilbach*, *Fritel de Haidolzingen*, *Hugo de Chirchtorf*.

Notum sit omnibus, qualiter quidam nomine *Gerbch de Pechingen* in extremis suis tradidit cum consensu uxoris sue *Hilice* ad altare sancti Stephani quicquid in predicto loco proprium habebat, excepta una particula silve pro sua suorumque parentum salute & omnium fidelium defunctorum: hac ratione ut uxori sue maneat, quoad vivat, nisi ultro dimittat. Testes, *Gerwicus de Rubindorf*, *Carolus de Harskenhoven*, *Wernhere de Humprehtsh*. *Trutlieb de Gunzinhusen*.

Sub eisdem testibus facta est delegatio predii de Gunzinhusen hoc modo: Abbas Sigmarus emit predium de Gunzenhusen XII. talentis a fratribus Blancstetensis Ecclesie, quod predium delegavit advocatus eorum *Gerhardus Comes de Chreygilingen Eberhardo de Affolterbach*, qui erat de ministerialibus sancti Stephani.

Idem

Idem *Comes Gerhardus*, *Eberhardus de Funzingen*, *Wernhere de Nieteſtorf*, *Wirnt. de Obernaiſten & frater eius Adelbero & frater eius Regimar*, *Hartnit miniſterialis Gerhardi Comitis*, *Poſtea prefatus Eberhardus* fecit eandem delegationem ad altare ſancti Stephani cum teſtibus ſupra ſcriptis ad illum predium de Pechingen.

Sigifridus de Muldorf tradidit ad altare ſancti Stephani, pro remedio anime ſue parentumque ſuorum & omnium fidelium defunctorum, mancipia hec ad V. numos, cum omni poſteritate eorum, Diemout hanc ſolam ad unum numum, Adalhait, Mathildam &c. Teſtes, *Friderich de Muldorf frater Sigifridi*, *Megingoz de Prengungeſtorf*, *Adalgoz de Luterbach*, *item Adalgoz de Luterbach Carolus de Horsheuk*, *Pilgrim de Ebertſpach*, *Conradus & Sigihart & Hainrich de Friſingen*, *Uto de Blancſteten*, *Luitpertus de Ouſti*.

Gotſcalc de Petemprunn delegavit eiusdem loci predium in manus *Fritilonis de Suanihiltorf* de manibus *Altmani de Haſalpach*, hac ratione ut ſi ipſe reverſus non fuerit, delegetur per eum Eccleſie ſancti Stephani pro anima fratris ſui *Adilbecti* in flumine ſubmerſi, & in beneficium concedatur *Eberarono* fratri eius dum vivat. Teſtes, ipſe *Gotſcalch*, *Altman de Haſilpach & filius eius Sigihardus*, *Hainrich de Prunn*, *Regimar de Unzichoven*, *Arnolt de Zuelhuſen*, *Hainrich de Wihſe*, *Hartwic de Marellingen*.

Roudiger de Veltmochingen hac ratione delegavit predia ſua ad altare ſancti Stephani ut ſi ipſe reverſus non fuerit pertineant eodem. Teſtes, ipſe *R. Eberhart de Veltmochingen*, *Witigous & frater eius Egiloif & Sigihart*, *Bernhart de Veltmoching*.

Quidam ex miniſterialibus Auguſtenſis Eccleſie nomine ..... delegavit in manus *Adilgozi de Seekke* comminiſterialis ſui

prediolum suum in Gozisstorf, servandum per eum Ecclesie sancti Stephani si sine herede obierit: fecit hoc cum consensu uxoris sue cum his testibus, *Gerbolt de Seekke frater eiusdem Adilgozzi*, *Hainrich de Wihse*, *Witigous de Veltmocking*, *Perhtolt Adilhoch*, *Conrat de Vetting*.

Noverint cuncti fideles *Gebehardum Comitem de Sultzpach* quendam virum *Gotti* nominatum, quem ipse in beneficium acceperat, ipsum itidem prenominatum virum beneficasse Domino Sigm. Abbati & huic Monasterio usque ad suimet obitum; illius beneficii astipulatores facti sunt hii, *Gebehardus de Untenburch*, *Altman de Sigenburch*, *Kounradus de Biburch*, *Erchinbreth de Haninbach*, *Otto de Chambe cum duobus filiis suis*, *Reginbot*, *Kounradus de Vohebure*.

Hailica de Jorze tradidit ad altare sancti Stephani II. mancipia Luikardam cum filio suo Purchardo cum omni posteritate eorum, ad V. numos pro anima viri sui *Virintonis* nuper defuncti. Testes, *Engilmar de Massinhusin*, *Wolvolt de Wolvoldestorf*, *Altum de Wolfpach*, *Engildie de Rotinpach*.

Enza libera mulier de Jorze petivit se delegari ad altare sancti Stephani per manus *Adalberti* nobilis viri *de Jorze* ad censum V. numorum. Testes, idem *Adalbertus*, *Altman de Hasalpach*, *Sigihard de Haidolvingen*, *Teginhardus de Frisingen*.

Quidam nomine *Oudalschalch* ministerialis sancti Stephani conversus in Monasterio eius, tradidit ad altare eius proprietatis sue predium in loco qui dicitur Holza, absque omni contradictore, cum mancipiis Bertha & filia eius Liukarda cum posteritate sua ad censum V. denariorum. Testes, *Wolfhere de Wolvoldistorf Gerwich de Rubindorf & filius eius Friderich*, *Kounradus*, *Gunzo de*

Hors-

Horskenk. Adalgez de Suikka & frater eius Swiker, Conradus filius Arni de Igilingen.

Quidam de *Veltnochingen* nomine *Gerolt*, tradidit ad altare ſancti Stephani predium quod in predicto loco habebat proprium, cum aſſenſu Domini ſui *Gerhardi Comitis de Cregilingen* absque omni contradictione pro ſua & omnium parentum ſuorum ſalute, omniumque fidelium defunctorum. Huius rei teſtes ſunt, *Wernheri de Viete, Megingoz de Prengungiſtorf, Fritilo de Iſenmanningen, Gerwicus de Rubindorf.*

Notum ſit omnibus qualiter quidam *Chuono* miniſterialis Aichſtetenſis Eccleſie tradidit in Monaſterium ſancti Stephani filiam ſuam ad Dei ſervitium nutriendam, ad cuius adminiculum delegavit in manus *Regilonis* comminiſterialis ſui predium in Moreſebach, ſervandum per eum Eccleſie ſancti Stephani. Poſtea vero isdem Chuono werram de eodem predio cepit movere & in ſuum ius repetere: Cuius motioni ſubvenit Abbas ſancti Stephani, *Sigimarus* nomine dans eidem Chunoni ſex talenta, ut ſe cum filio ſuo *Merbotone* abdicaret iniuſta vendicatione, & ſic in quodam placito in loco qui dicitur Adalsloch coram *Gerhardo Comite* advocato Eiſtetenſis Eccleſie, cum aſſenſu filii ſui *Merbotonis* delegavit idem predium de manibus Regilonis in manus *Oudalrici de Pemmenvelt* miniſterialis ſui, ſervandum Eccleſie ſancti Stephani aut faciendum de eo quicquid Abbati & fratribus eiusdem Eccleſie placuerit. Que quo credantur per teſtes hos roborantur, *Gerhardus Comes de Cregilingen, Chouno cum filio ſuo Merbotone de Luipoldeshoven, Regil & frater eius Friderich de Pechtal, Chono & frater eius Hainrich de Luipoldeshoven, Ilſunc de Wetſtete, Hetzel & Wicfrit de Puſſinhaimen, Wirint de Obernqchſteten, Hartwic de Pemmenspit, Hainricus de Gaimershaimen, Oudalſchalch de Ailſtete, Hainrich*

de Egwin, Switker de Wattenhoven, Hettel de Itenhaimen, Adalhoh de Emmendorf, Merboto de Pechtal, Conrat de Tolnstaine, Conrat rufus de Puriperc, Gozpreht de Otingen, Perenger de Egwin, Sighart de Mecchellock, Teginhart de Egwin, Sigifrit de Pholeſpiunt.

Notum ſit qualiter Roudolfus clericus fecit contentionem pro predio Richenſtorf iuxta Veringen ſitum, quod frater ſuus *Aribo de Puccharn* dederat Deo & ſancto Stephano, ſicut ſupra invenitur & hanc conditionem ſolvit Otto Epiſcopus & Sigimarus, dans eidem R. dimidium talentum, & ipſe fecit eandem delegationem ad altare ſancti Stephani quam & frater antea. Teſtes, *Wolfhere de Wolvoldeſtorf, Albuun de Gartensh. Hainrich de Wihſe, Gotfrit de Friſingen Cellararius Epiſcopi, Baldwin de Friſingen.*

Noverint Chriſti fideles, eo tempore quo veri regis ut credimus edicto, Chriſtianorum militia per univerſam *terram in* expeditionem katholice defenſionis cum ſigno fidei transmarinas deſtinata eſt regiones; miniſterialis quidam ſancte Marie *Hainricus* nomine *de Prunnen* eodem peregrinari diſponens, tradidit ad altare ſancti Michaelis & ſancti Stephani proprietatis ſue predia in his locis Prunnen, Tuſilan, Gramaſprunen, Echmoutingen, Sewen cum mancipiis pro ſua ſuorumque ſalute, & omnium fidelium defunctorum. Fecit hoc per manum *Sigihardi de Haidolvingen*, hac ratione ut interim dum ipſe ſit in via, ſerviant eadem predia fratribus ſancti Stephani & ſolvant pecuniam triginta talentorum, quas ab eisdem fratribus predictus H. in eodem negotio acceperat. Si reverſus fuerit, excepto uno prediolo in Ehmutingen, quod ad integrum dedit, reliqua manebunt ſibi ad ſuum vivere niſi ultro dimittat; & ipſe pro teſtimonio ad cenſum dabit ſingulis annis V. numos: illud predium ad Tuſilin non per manum Sigihardi, immo per ſe ipſum dedit. Huius rei teſtes facti ſunt, ipſe *Hainrich*

de

de Prunnen, Hainrich de Lohenchirchen & frater eius Ifenrich, Altman de Haſelbach, Sigifrit de Wilbach, Fritil de Suanchiltorf, Wernheri de Viehte, Eberhart de Humpeln, Roudolf de Urfinhuſen & frater eius Oudalrich, Dietrich de Ehmuotingin, Ortwin de Prunnen, Sigehart qui & delegator de Haidolvingen, Otto de Prunnen, Wernhart de Wittingen, Wolfkoz de Ubermuſſe, Arnolt, Baldwin de Friſingen, Hadamar de Haſalpach.

Eadem tempeſtate *Ekkehardus de Zorngoltingen* tradidit per manum *Routlandi de Pubinhuſen*, predium ſuum ad Sunderſtorf Deo & ſancto Stephano, videlicet pro ſalute anime ſue & ad reconciliandum ſe fratribus ſancti Stephani a quibus ipſe antea quatuor talenta mutuo acceperat & non reddiderat; & notum ſit quia Abbas Sigmarus eiusdem Eccleſie ad adminiculum profectionis ſue & propter idem predium tunc ſex ſiclos dedit, & cuidam Roberto de *Opentichel* dimidium talentum cui idem predium beneficiatum erat. Teſtes, *Adilbero de Prucca, Sigifrit de Wilbach, Folchart de Pigarten, Roudolf de Urſenhuſen, Sigboto de Marcil. Eberhart de Werda, Amwich de Elhpach, Dietrich de Struztorf, Pero de Tagolvingen, Gerwic de Roubendorf, Wolfkere de Perchoven, Routland de Pubinhuſin qui & delegator, Gotfrit cellarius Epiſcopi de Friſinga.*

Quidam Clericus nomine Eppo Presbyter, tradidit ad altare ſancti Stephani proprietatis ſue predium in Pillingiſtorf absque omni contradictione, pro ſua filiique ſui Diepoldi nuper occiſi ſalute & pro omnibus debitoribus ſuis. Fecit hoc per manum Diepoldi de Wippenhuſen & per manum *Herborti de Abbatiſtorf.* Traditioni per Diepoldum aderant teſtes, ipſe *Diepolt de Wippenh. filius ſuus Diepoldus, Hainrich de Lohtkirchen, Richere de Friſinga, Hainrich de Perchach, Hainrich de Adalberichuſen, Otto de Prunnin.* Traditioni per Herbortum aderant teſtes, ipſe *Herbert de Ab-*

batistorf, *Diepolt de Wippenhusen*, *Karolus de Horskenh*. *Sigihard de Haidolvingen*.

Notum sit qualiter Abbas Sigmarus emit predium unum in loco qui dicitur Wacraine ab *Engilramo de Aigalshaimen & uxore eius* nomine *Berthen* & filiis eorum iure perpetuo: & idem Engilr. delegavit hoc in manus *Routperti de Geppenhaimen*, tradendum per eum quocunque fratres sancti Stephani peterent, & iuravit quod suum proprium esset & si eis aliqua violentia inde ab aliquo inferretur, ipse eos absolveret, aut melius predium restitueret. Cuius rei testes sunt: *Lantperht de Hassinhaimen & filius eius Bernhart*, *Uto de Arbinshaimen & frater eius Konradus*, *Sigboto de Walda*, *Liutolt de Hassinhaimen*, *Wernhere de Agailshaimen*. Postea idem Routpertus in curia regis Conradi Ratispone delegavit predium idem in manus *Konradi de Haidolvingen* rogatu Abbatis Sigmari: ea ratione qua & ipse prius susceperat. Testes, *Adilbertus de Hengin*, *Tuorinchardus de Pirboum*, *Reginger de Erichespach*, *Fritel de Unzichoven*, *Routlant de Pubinhusen*. Idem ego Conradus feci eandem delegationem ad altare sancti Stephani rogatu Abbatis sub his testibus, *Roudolfus de Pastperc*, *Isanrich de Lohchirchen*, *Wernhere de Viehte*, *Sigihart de Haidolvingen*, *Routlant de Pubinhausen*, *Engilwan de Ahedorf*.

Quidam ministerialis sancte Marie *Fritilo* nomine *de Sunnihiltorf* emit predium unum in loco qui dicitur Wachraine a Canonicis sancte Andree decem talentis, & suscepit idem predium ab eis per manum advocati eorum *Conradi Comitis de Dachowe* sibi hereditario iure habendum, vel dandum quocunque vellet. Cuius rei testes sunt, *Conradus de Haidolvingen*, *Luipolt de Frisingen*, *Gerwart de Paccharen*, *Perhtolt Pekaim de Frisingen*, *Hiltprant de Adilberishusen*, *Hainricus & Pertoldus ministeriales de Rota*, *Hainrich Pe-*

zil

zil de Frisingen. Postea cum idem Fritilo filiam suam Gerbirgam Deo serviturum in Monasterium sancti Stephani dedit, ad eius altare idem predium in Wachraine perpetualiter ibi tenendum contradidit potestativis manibus absque omni contradictione. Testes, *Konradus de Haidolwingen eiusdem Fritilonis frater, Hainrich de Lokchirchen & frater eius Isanrich, Altman de Hasilbach, Sigfrit de Wilbach, Reginmar & Fritilo de Unzichoven, Ortolfus & Sighart de Haidolwingen, Hainrich & frater eius Conrat de Perchusen, Eberhart de Hunpeln, Dietrich de Ehmoutingen, Ortwin & Otto de Prunnen, Wernhart de Wttingen, Arnolt, Baldwin de Frisingen.*

Notum sit qualiter *Lodwicus de Furelholze* cum *uxore sua Gerbirga* tradiderit ad altare sancti Stephani predium unum quod habebant in loco qui dicitur Scampach, ut ipsius maneat ad suum obitum, nisi prius ultro dimitant, pro se & pro omnibus debitoribus suis, sine ullius contradictione; singulis annis dabunt ad censum modium siliginis & dinchils & modium hordei & modium avene. Testes idem *Lodwicus, Meginhardus de Gotzingen, Roudolfus de Guotichenhausen, Diepolt de Wippenhausen, Conrad de Paccharn, Wolfhere de Berchusen, Liutpriht de Ousti, Ortwin, Pernhart, Pzili de Vettingen.*

Adilbertus de Adilingen & uxor eius *Irmingart* tradiderunt ad altare sancti Stephani proprietatis sue predium in loco qui dicitur Ruota pro se & pro omnibus debitoribus suis. Testes, *Eberhart de Ehmuotingen & filius eius Dietricus, Gerolt de Prunnen, Gebolf de Adilingen.*

Notum sit omnibus qualiter *Roudolfus de Pubinhusen* fecerit iniuriam Ecclesie sancti Stephani, iniuste vendicans sibi predium in Hortilhusen, quod usque ad sua tempora Ecclesia prefata semper

per

per libere possederat: sed hanc iniuriam solvit Abbas Sigmarus hoc modo, dedit namque eidem R. predium unum in Suabingen & econtra Ruodolfus dedit Abbati quatuor talenta & abdicavit se iniusta vendicatione una cum sanguineo suo *Oudalrico de Hornih.* & delegatum est idem predium ad altare S. Stephani per manus *Gerwici de Rubendorf & Routlandi de Pubinhusen*, coram Ottone Episcopo, suscipiente illud Gruobe sine omni contradictione. Post vitam illorum tradiderunt usui perpetuo, nisi ultro antea dimiserint *Adasha* si sine heredibus obierint aut distinctu Dei antea dimiserint. Huius rei testes exstiterunt idem traditores, *Aswin de Lengindorf*, *Gebolf de Phrumeringen*, *Perhtolt de Raina*, *Altum de Sikenhusen*, *Aleginhalm de Helmgin*, *Eberar de Pettenprunnen* *Gerolt de Frisingen.*

Eadem vice supradictus *Gebolf de Phrumeringen* tradidit predium quod habuit in eadem villa ad altare sepedicti martiris, si sine herede vitam finierit aut ultro vivens dimiserit; & ad testimonium huius rei spopondit se dare decem numos ad censum annuatim in festivitate predicta persolvendum. Huius rei testes sunt qui ut supra.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod cognati *Adilgozi de Luterbach* acceptis X. talentor. nummis abdicaverint se querimonie, quam habebant de predio quod idem Adilgoz huic loco tradidit. Et huius sententie testes sunt hii, *Eberich de Mosa*, *Perhtolt de Oudalren*, *Adilpreht de Lutmanisdorf & fratres eius Agil de Harlant*, *Heinrich de Stoudach.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod quidam *Sifridus de Votingen* tradidit predium unum in Renenbach huic Monasterio Tradidit autem in manus delegatoris Domini *Conradi de Wartinperc* dele-

delegandum quo delegatio finat & cedat precibus Abbatis & fratrum: que pactio & delegatio facta est presente advocato nostro *O. Palatino Comite* & fratre eius Domino *Friderico*. Testes, *Oudalricus de Lohchusen*, *Pertoldus de Praitinprunnin*, *Ortolfus de Tegrinwanc*, *Adilhardus de Prisingen*, *Hainricus de Jorze & frater eius Hartlip*, *Rudigerus de Liutach*, *Hainrich de Wolvoldestorf*, *Gotefridus Pincerna de Zulsdorf*, *Stier Fridericus*, *ipse Sifridus de Vetingen*. *Raheninus de Berchach*.

Notum sit omnibus qualiter predium ad Hortilshofen Ecclesia S. Stephani semper tenuerit proprium, & usque ad hec tempora ab eius possessione nunquam sit alienatum; sed quia iam Domini Roudolfi iniusta vendicatione turbatur, qui sibi predium idem a parentibus suis cessisse testatur, quod iuris in eo parentes eius habuerint hoc modo veraciter declaratur. *Aribo* quidam *de Hortilsh.* cum patre suo *Irminfrido* & cum eodem ad Ecclesiam sancti Stephani pertinuit; is Aribo duxit uxorem viduam quandam de *Pubinh*, matrem *Rutlandi*, ex qua suscepit filium nomine *Wolfkoz*; post eius ortum numerata inter eos consanquinitate divisi sunt ab invicem, & mulier reversa est Pubinh. ad filium suum Rutlandum: & hac affinitate avie sue, Dominus Roudolfus se predio nostro adiunxit. Defuncto vero Aribone, filius eius Wolfkoz qui utique sancti Stephani non erat, idem predium sibi quasi ex iure patris usurpavit; sed resistente sibi Erchangero Abbate controversia processit, ut ab amicis Abbatis illi pes abscideretur, quod propter se factum Abbas indoluit, & predicto viro conpatiens, ei predium idem cum decima una in Riemen ad suum vivere concessit. Post mortem vero eius, cum filius eius *Aribo* similiter ad Ecclesiam sancti Stephani non pertineret, predium idem nulla prorsus ratione potuit detinere, donec coram Episcopo Haintico & *Ottone Palatino Comite* communi deliberatum est consilio ut

prefatus Aribo acciperet uxorem de familia sancti Stephani, filiam scilicet *Reginberti de Nertingen*, ex qua suscepit filium, cum quo matre defuncta, se ad Monasterium sancti Stephani contulit; in cuius dominium sic absque ulla contradictione predictus locus concessit, donec ad adventum Isangrimi Monachi sanguineorum filius cepit nobis violentia adversari.

Memoriale fit omnibus Christi fidelibus quod pie memorie Otto Frisingensis venerabilis Episcopus comparavit predium apud Pabenrieth situm, iuxta Mamendorf, a quodam presbitero nomine Oudalrico de ministerialibus Domini *Welfonis*, eiusdem Welfonis permissione, quod & delegare fecit idem presbiter fideiussorem suum *Eberhardum de Frichindorf* in manu *Heinrici de Lohkirchen*, rogatu predicti Episcopi tradendum ad elemosinarium domum Wihensteven, in sustentationem & solatium pauperum pro remedio anime sue & parentum suorum & omnium fidelium defunctorum, ac perpetua & solita firmatione stabilivit. His testibus, *Chounradus de Dachowe*, *Pernhart de Rute*, *Liutolt de Hagenowe*, *Oudalrich de Wizzerhoven*, *Meginhart & frater eius de Meisa*, *Oudalrich de Giebingen*, *Waltman & filius eius Waltman & frater eius Waltman de Pasparch*, *Adilbertus de Hage*, *Ruodolf & Gerwich de Pusinhusin*, *Hartwich de Richolfestorf*, *Pilgrin de Ecenhusen*, *Amelbertus*, *Heinricus de Oterhusen*, *Engilmarus de Messinhusen*.

Compertum sit tam presentibus quam futuris quod *Fridericus de Wolfpach* ministeriaiis sancte Marie Frisinge, tradidit ad altare sancti Stephani tale predium quale habuit in eodem vico, pro remedio anime sue & parentum suorum, ea conditione ut post obitum suum & filii sui *Chounradi* & uxoris sue *Wikpurge* & unius filii eorum *Friderici* perpetua proprietate firmetur. Huius rei testes sunt, *Liutolt nobilis de Haginowe & Arnolt*, *Karolus & frater*

ter eius Dietricus & filius eius Adalram de Ettirbach, Oudalrich, Dietmar, Heinrich de Chiemperch, Gerwich de Chamera, Chunrat de Wolfpahc, Wolfkoz de Piberpach, Elwin de Perchach, Willipolt de Adilherishusen.

Relationi tam futurorum quam presencium scribimus, qualiter *Engilmarus de Gunzenhusen & filius eius Engilmarus* pulsam contentionis predii cuiusdam apud Hegrinhusin & decimarum culture in Adelhershoven abdicaverint pro salute animarum suarum; facta traditione super altare sancti Stephani, hac conditione firmata talento & dimidio, tracti sunt per aures *Gerwich, Richere de Horschehoven, predictus Engilmarus & filius eius Engilmarus, Meginhalm de Ehingen, Fridrichole Pallenhusen.*

Cognitioni fidelium perpetualiter annotamus quod quidam ministerialis sancte Marie *de Horschenhovin Engilmarus* cognomine & uxor eius *Christina* & filius eius *Karolus* tradidit partem predii sui, quod situm est in eadem villa super altare sancti Stephani pro remedio animarum suarum & parentum suorum & quoddam novale pro talento stabili iure fratribus inibi serviendum. Huius rei testes exstiterunt, *Isingrim & Richere, Marchwart & predictus puer Karolus de Horschenhoven, Oudalrich de Peingen, Chunrat, Perhtolt & Chunrath de Hegelingen, Linthere, Willibolt de Adilhershusen, Oudalrich de Frisinga.*

Quidam de familia sancte Marie *Oudalscalh* nomine de Izilingen & *Sigboto* filius fratris eius, tradiderunt super altare sancti Stephani tale predium quale habuerunt in eadem villa pro decem Siclis argenti, pro salute animarum suarum & parentum suorum, potestativa manu perpetuo possidendum, & hoc idem *Odalscalchus* recepit in beneficium pro quinque numis, annuatim reddendis.

Huic rei testes adhibiti sunt, *Perhtolt de Eschilpach, Magnus de Walde, Szhard de Haidolfingen, Meginhart de Cellenhusin, Wolfhart de Rudolvingen, Engilmarus & Friderich de Ballenhusin.*

Notum sit omnibus in Christo fidelibus, qualiter quidam Parochianus de Veltmochingen nomine Hetibort tradidit ad altare sancti Stephani tale predium quale habuit apud Veltmochingen pro remedio anime sue & parentum suorum. Huius rei testes sunt, *Engilwan de Ahedorf, Rieder de Amelgeringen, Fritilo & frater eius Sigehardus de Isenaningen, Wernher de Perchusen, Gerolt de Ubermusse: de familio Gerwich, Haimo, Wolfdie.*

Cognoscant omnes in Christum credentes quod Diepolt de Wippenhusen *& filius ipsius eiusdem* nominis, occupaverunt decimas Monasterii sancti Stephani in eadem Parochia: quam dissensionem abdicaverunt, & tradiderunt partem predii eo tenore, ut filiam suam Gerbirgen communi & regulari vite in Monasterio sepedicti Martiris manciparent. Huius rei testes exiterunt, *Heinrich de Lohkirchen, Fritilo & Gotescalch de Isneningen, Friderich de Vatersteten, Elbwin de Perchach, Ortwin de Ousse, Waltrich de Frisinga, idem Dietpolt & filius eius Dietpolt.*

Notum sit omnibus veritatem que Christus est indagantibus, qualiter *Otto Palatinus de Wittilinespach & filius eius Fridericus* tradiderunt super altare sancti Stephani curiam sitam in viculo qui dicitur Sindoltingen, pro remedio animarum suarum & omnium debitorum suorum potestativa manu, sine omni contradictione, & ipsi cum subscriptis testes effecti sunt, *Otto de Mosin, Piligrimus de Wolmutsahe, Oudalrich de Chelheim, Wernhers de Volchratsstorf, Rieher de Phrumpach & Waltrich de Frisinga.*

Notum

Notum fieri cupimus omnibus viventibus *Ifenricum de Pitendorf & fratrem Albricum de Prule*, *Domino Werthero de Vuecheringen* & filiis suis sex solidos dedisse hoc pacto, ut Vuillibirgia de Ounental que in servicio eius erat & ipsius liberos sex ad altare sancti Stephani traderet, quod & fecit prius accipiens a muliere ipsa duos boves & duas vaccas: tradidit autem eam ad altare sancti Stephani cum consensu filiorum suorum coram his testibus, *Leo de Ekkbach*, *Ditmar de Elchbach*, *Gerwicus de sancto Vito*, *Pertoldus de Vetingen*, *Chunradus de Elsendorf*, *Ifinricus de Pitendorf frater Albricus de Prule.*

Noverint omnes filii Ecclesie presentes & posteri, qualiter quidam *Oulricus de Peingen* & uxor eius *Friderun de Giebingen* predium suum quod habebant situm in loco Anthalmingen, in manus *Eberhardus de Phephingen* delegaverint, ut ipse super altare sancti Stephani pro animabus suis delegaret. Cuius rei testes facti sunt, *Willihalm de Pouch & filius eius Willihalm*, *Hoholth & filius eiusdem nominis de Tegirnwach*, *Chonrat Kurra & filius eius eiusdem nominis de Kirchtorf*, *Gotfridus de Adalhartesham & filius eius Liutholt*, *Reginholt de Arnowe*, *Herman de Gronbe*, *Dietrich de Paldingen*, *Chounrath de Giebingen*, *Heinrich de Walde*, *Alfrit de Tegirnwach*, *Ekkart servus eiusdem.* Post hec predictus *Eberhart de Phesingen* eandem fecit delegationem ad altare sancti Stephani, hoc modo ut predicta Fridrun quam diu vixerit V. denarios pro annuo censu inde persolvat, nisi sponte sua ante dimiserit; ad quod isti testes sunt adhibiti, *Hoholt de Tegirnwac. predictus Eberhart de Phephingen*, *Wolfer de Wolfoltesdorf*, *Purchardus de Usinhoven*, *Friderich de Giebingen.*

Notum sit presentibus & posteris, qualiter quidam *Isinhart de Alpherstorf* controversiam quandam de alio predio dissolvens, predium Umbdorf situm cum uxore filiisque suis ad altare sancti Ste-

phani perpetuo iure possidendum tradiderit. Cuius rei testes hi sunt, *Hoholt de Tegrinwac, Heinrich de Gisilbach, Heinrich de Perchach, Heinrich de Adilhershusen, Herrant de Alpherstorf & filius eius Isinhart supradictus & Wolfhart de Perchach.*

Quidam *Gotepoldus de Legindorf* cum filiis suis tradidit ad altare sancti Stephani, per manum *Wolfkeri* fideiussoris sui de *Phephingen* predium quoddam quod est situm Gisilpach, tali conditione ut quam diu viveret datis singulis annis XXX. argenteis possideret, post suam vero vitam ad predictum locum pertineret. Testes sunt predictus *Gotpolt & filii eius Magins & Perhtoldus, Asciuin Gebolf de Lengindorf, Wolker de Phephingen ipse est qui delegavit, Walchun de Osterndorf, Oudalrich de Gsilinpach, Heinrich de Chugeleren, Marquart de Vurtarin, Friderich de Ringolstorf, Reginmar de Frisingen.*

Noverint omnes fidelium populi, quod *Durinhart de Pinpoum* & uxor eius *Judita* cum filiis suis, coram rege, & advocato nostro Ottone Palatino Comite abdicationem fecerunt, de predio nostro Vazinwaneh de quo contendebant: hoc pacto ut susciperentur in Monasterio nostro due filie eorum, addiderunt que nobis houbam unam Winden, cum sedecim mancipiis. Cuius rei testes sunt, *Oudalrich de Steine, Altman de Siginpach, Wernher de Labere, Reginnolt do Otelingen, Werinher de Giebestorf, Adilprolt de Prennungeshoven, Perhtolt de Tumprunnen, Adilprolt de Steine Gotefrid de Erlingeshoven, Engilhart de Luterpach, Reginger de Eringespach, Herman de Hisselden, Herman Cropf de Wizzinpach, & Oudalrich frater eius, Heinrich de Stephe, Conrad de Werde, Ruolant de Aittenvelt, Hartman de Pancinhoven & Turinchart frater eius & filius eius Hart. Pertolt de Ruske, Oudalrich Prouhel de Nennenperch, Scrutolf de Bilbesahe, Lintolt de Grintelach, Heinrich de Papenheim.*

Gebolf

Geboff de Phrumarin predium ſuum quod habebat in eodem loco ſitum ad altare ſancti Stephani pro ſua omniumque parentum ſuorum ſalute poteſtativa manu delegavit: poſtea vero tribus ſororibus ſuis contradicentibus, ſingulis earum pro parte ſua VII. ſoldi dati ſunt, ut de hoc abdicationem faoerent, quod ita factum eſt. Teſtes, *Oſric de Strusdorf*, *Adilpero de Galingenne & frater eius Wolftrigil*, *Adilpero & Pernolt de Pruckke*, *Gerhart & frater eius Otto de Tale*, *Eberhart de Prantenpere*, *Friderich & frater eius Adilo de Azzlingen*, *Rudolf de Perloh*, *Heinrich de Pretten*, *Roudiger de Urſinhuſen*, *Diethart de Truhteringen*, *Hoholt & filius eius Hoholt de Tegrinwach*, *Eskrich de Chemnaten de Luitingen*, *Adilbert de Inningen*, *Volchozt de Himildruttingen*, *Sigifrid de Phrumaren*, *Otto de Rietpach*.

Num. IX. Sub Abbate Gunthero. 1147. - 1156.

Fidelium Eccleſie innoteſcat memorie, qualiter quidam nobilis homo *Trugboto* nomine proprietatis ſue in Salleadorff predium ad altare ſancti Stephani delegaverit; quod poſtmodum filius fratris ſui *Gebeno de Unſingen* violentie manu invaſerat, ſed querimonie fratrum ſancti Stephani vix tandem hoc effecerint, quod ipſe cum uxore ſua in placito noſtri advocati Friderici Pliningen, predicto martiri ius ſuum recognoſcens abdicavit: ita duntaxat ut ad vitam ſuam ſolus ipſe poſſideret. Teſtes, *Gebehart & Richere de Hohenpach*, *Adilbero de Pruckke*, *Gotſchalk de Heiginingen*, *Hoholt de Tegrinwach*, *Wernher de Gepinhaim*, *Lampertus de Heſſinhaim*, *Gotfrid de Adilhartishaim*, *Dietrich de Slivingen*, *Herchinfrid de Penſteten*, *Heinrich Kopf & filius eius Sifrit & Aſrich frater eius de Strusdorf*, *Sifrid de Riediggen*, *Rengimar de Namdeshaim*.

Iuvenis quidam Roudigerus nomine converſationis gratia ad Monaſterium iſtud ſecum, unacum matre ſua Mahthilde nominata,

minata, ad altare sancti Stephani obtulit quod in loco Grimintingen proprietatis iure prediolum habuit. Testes, *Hoholt & filius eius Hoholt, Otto de Riethpach, Utto de Suindahe, Gotscalch de Phephingen, Ekkehart de Langindorf, Ruodolf & frater eius Sigihart de Sentlingen, Diemar de Gislingen, Eppo de Dorffen, Ekkehart de Ratispona, Dietmar de Phesingen, Oulrich de Suindahe.*

Universalis Christi Ecclesia habeat memoria, qualitet quidam *Rapoto de Frideprechteshoven* predium suum Puoch situm delegavit in manus avunculi sui *Adilberti de Bremingeshoven*, per eum delegandum ad altare sancti Stephani pro remedio anime sue ac omnium parentum suorum. Predictus vero Adilbertus hanc traditionem faciens & predium predictum & omnem que tunc inerat substantiam & mancipia, in placito advocati nostri Friderici in Frisinga coram Abbate Gunthero salva fide sua delegavit. Testes, *Wolfram de Dorrinberch, Adilbertus de quo iam diximus, Isinrich de Purcharain, Heinrich Choph, Gerwich de Chamere, Sifrid de Wartperch, Berhtolt de Eschilpach, Sigihart de Pacharn, Hartunc de Ubingen, Konrat, Wernher de Wartperch, Reginmar de Nandinishaim, Fritilo de Gougenhusin, Macilo, Hertwic, Engilwan, Richer de Frisingen, Sigihart de Haidolwingen, Pilgrim de Collenhusen.*

Noverit omnis fidelium populus qualiter Dominus Wichmanus Prepositus de sancto Andrea, egritudinis molestia devictus, professionemque monasticam in Monasterio faciens ad altare sancti Stephani secum obtulerit tale predium quale habuit in loco Holzen, delegans id sub horum testimonio quorum hec sunt nomina, *Konradus de Haidolphingen frater ipsius, Fritilo de Uncinshoven, Gotpolt & Ekkehart de Lengindorf, Willibolth de Gisilbach, Sifrit de Walde, Elwin de Perchach*, & alii quam plures.

Qui-

Quidam *Pero de Aſche* filium ſuum adhuc puerulum Deo offerens regulariter in hoc Monaſterio & ſe ipſum, ita ut uterque eorum filius ſub Monachi, pater vero ſub fratris lege & nomine, ſub Abbatis imperio Deo militaret, predium ſuum in predicto loco ſitum per manum fideiuſſoris ſui *Williholdi de Gifilpach* ad altare ſancti Stephani delegavit. Cuius rei teſtes ſunt, *Willihelt de Gifilbach qui traditor, Perchtolth de Friſinga.*

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus qualiter *Perhta de Gutikekuſen* tale predium, quale habuit in loco qui dicitur Hezinhuſin pro ſuſceptione filie ſue Irmingarde, Monaſterio ſancti Stephani ad altare eiusdem martiris delegavit. Huius rei teſtes ſunt, *Waltman & filius eius Waltkman de Paſtperch, Hainrich de Lohchirchen, Pernhart de Leren, Roudolf de Gittenhuſen, Gerwic de Chamer, Gerwic de Horſchenhovin, Richer, Wolfhart de Horskenhovin, Arnolth, Richer de Ountinpurch, Elbwin de Perchach.*

Peringerus quidam *de Lenginvelt* tradidit huic Monaſterio proprietatis ſue hominem, nomine Heinricum, in manus ipſius advocati noſtri *Ottonis palatini Comitis* ſub teſtimonio horum pro tribus ſolidis: *Heinricus de Wolvoldeſtorf, Gerwicus de Horskenhoven, Rahewinus de Perchach, Luotherus de Ride, Riginbertus Kelfrat.*

Notum ſit omnibus Chriſtianis quod quidam *Heinricus de Pietendorf* de familia exiſtens ſancti Stephani, proprietatis ſue predium quod in eodem loco hereditario iure poſſidebat, per manum Oudilberti cognati ſui pro ſalute anime ſue ac omnium parentum ſuorum ad altare predicti martiris tradidit: eo pacto ut quam diu ipſe viveret XII. denarios ſingulis annis inde perſolveret, mox autem ut mortuus fuerit, etiam ſi heredem haberet, ad ſepedictum altare proprie pertineret. Cui rei teſtes fuerunt, *Oudilbertus qui & traditor, Hainricus de Pietendorf.*

Omnium fidelium Ecclesie innotescat memorie, quod fratres de sancto Stephano a quodam *Routperto Ratispone* vinadatore XV. talentis conpraverunt vineam, e vicino eiusdem urbis ultra Danubium in loco qui dicitur Malhtal positam; predictus autem venditor ille convocato fideiussore suo *Arbone* nuncupato de *Maingoltingen*, in cuius manu fideiussionis iure stetit vinea illa, de fide sua & veritate cepit eum una cum filiis suis admonere, quatenus prefatam vineam ad locum sancti Stephani delegaret. Delegavit ergo Aribo vineam prout amicus suus exoraverat, delegationemque illam supradicti fratres receperunt. Testes, *Ludewich, Sigboto, Sefrit Prepositus de Stouphe, Aribo de Manigoltingen, Gebehart de Guelbe, Karilo de Cidelaren, Cumpolt de Sunichingen, idem Routpreht & filius eius Rudiger de Ratispona, Elbruwin de Umbelesdorf, Megingoz de Pouhelen.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus qualiter *Hainricus de Lohchirchen* quedam predia que sita sunt, unum *Adilgisingen*, alterum Purne que in suam sibi fidem delegata susceperat ad servandum ea ad ministerium fratrum sancti Stephani, ad supradicti martiris memoriam delegavit. Testes idem *Hainricus de Lohchirchen, Roudolfus filius Roud. de Pastperch, Counrat & Fritilo de Haidilvingen, Gozot & Wernhart de Suindach, Adilbertus de Haga, Roudolfus de Vatirstetin, Herewic de Rotingen, Gerwic de Haimenhusin, Pernhart de Veringen, Hainrich de Adilherishusen, Hainrich de Perchach, Arnolt & Counrat de Frisinga, Wolfhart de Perchach.*

Quedam ministerialis femina sancti Stephani *Ava* nomine hereditariam suam possessionem qualem habuit Hasselbach commutavit Domino Gunthero huius loci Abbati, pro alio predio quod situm est Waltinhoven & pro duobus talentis & LX. nummis, &

in

in manum *Ortwini de Fettingen* consortis sui, cum filiis suis delegavit, ut ipsum ad altare ante predicti martiris delegaret: quam delegationem fecit ille sub testibus quos subnotavimus, *Oudalrich de Pratenwiden*, *Ekkehart de Lengisdorf*, *Reginboto de Paccharen*, *Oudalrich Hello de Urolfingin*, *Heinrich de Hokke*, *Hainrich Hunt de Eschilbach*, *Wiltrich de Pousemprun*.

Sigifridus de Wartenberg prediolum quoddam apud Herlingeshoven, quod a quodam *Richero de Horskenhoven* & uxore sua nomine *Halika* pro V. talentis ab eo sibi commodatis in vadimonium acceperat, cum manu *Counradi Comitis de Valaige* cuius ministerialis predicti Richeri uxor exstitit, ad quam etiam prediolum illud pertinuit, ad altare sancti Stephani, pro sua ac omnium suorum salute parentum, coram Episcopo Ottone tradidit: eo pacto ut fratres inibi Deo servientes proprietatis vice illud obtinerent, quoad usque quinque talentis ab eis solveretur, & si interim ipse Sigifridus ab hoc seculo migraret, quidquid de suis rebus vel bubus predio tunc temporis inesse contingeret, totum in usum predictorum fratrum cederet, & adhuc pecuniam de redemptione sperarent. Huius rei testes sunt, *Purchart de Mospurch*, *Otto de Mosen*, *Deginhart de Sefelth*, *Oudalr. de Lochusen*, *Oudal. de Giebingen*, *Gebeno de Funsingen*, *Dietrich de Dorfin*, *Oudalrich de Holzhusin*, *Dietrich de Haitinkain*, *Sigifrit de Gisilingen*, *Ainwich de Hittenfurth*, *Oeserich de Struzdorf*, *Oudalr. de Chelchaim*, *Etich de Witilinesbach*. *Roudolf & frater eius Gerwic de Pugenhusin*, *Hartwich de Euchenchofin*, *Adiloch de Dorinbach*, *Arnold de Outenburch*, *Gerwic de Horschenhophin*, *Hainrich de Perchach*.

Noverit eunctorum fidelium religiosa industria, qualiter quidam Sigehardus dictus seculo renuntians, tradidit ad altare sancti Stephani per manus delegatoris sui *Dietpoldi de Wippenhusen*

tale predium quale habuit apud Zizflingen. Hoc ipsum predium eadem hora Eppo Parochianus de Mochingen patruus ipsius *Sigehardi* in beneficium accepit. Huius rei testes sunt isti, *Dietpolt de Wippenhusen*, *Hartwic & filius eius Hartwic*, *Reginhalm*, *Arnolt filius Waltrici de Frisinga*, *Reginmarus de sancto Vito*, *Counradus de Riede*.

Noverit omnis fidelium Ecclesia quod quedam semina *Judita de Toufkirchen* nomine, filiam suam adhuc iuvenculam sub regularis vite disciplina sponsam Christo nutriendam offerens in Monasterio sancti Stephani, ad exteriora vite eius necessaria, ad ministeria quoque fratrum eiusdem Monasterii, una cum filio suo *Heinrico* predium quod suum erat, in loco qui dicitur Toufchirchen deputavit, sed quia in fideiussoris sui manu constitit, ob hanc causam ab ea delegari non potuit, sed ab eodem fideiussore suo in manum *Waltrici de Pocinprunnen* per eum predicto Monasterio delegari impetravit. Testes hi, *Heinrich de Toufchirchen*, *ipse est de quo supra diximus*, *Willibolt de Gisilbach*, *Ekkehart de Lengindorf*, *Ortolf de Roubelsdorf*, *Heinricus de Eskilpach*, *Engilwan de Prunnen*. Postea predictus *Waltrich de Puciprunnen* delegavit ipsum predium in manus *Chunonis iunioris de Snatise* per eum servandum ad ministerium fratrum sancti Stephani. Huius rei sunt hi facti testes, *Wolfherus de Tegrenwach*, *Werner de Geppenhaim*, *Eberhart de Stainpach*, *Otto de Phrumepach*, *Gebeno de Funfingen*, *Dietricus de Haitinchaim*, *Dietricus de Dorfen*, *Dietricus de Sluwingen*, *Adalhart de Prisingen*, *Ainwicus de Hitenvurt*, *Ortolf de Roubelsdorf*, *Counradus de Strogen*, *Routpertus de Richenchirchen*, *Ekkehart de Lengindorf*.

Notum fieri cupimus cunctis viventibus qualiter duo germani *Otto & Sigifridus filii Heinrici Copf*, pro remedio anime sue

fratris

fratrisque sui tunc nuper occisi *Hartnidi* tradiderunt per manus *Ottonis de Mosin* delegatoris sui tale predium, quale habuerunt in loco qui dicitur Fricchenchoven. Huius rei testes sunt isti facti, *Otto de Mosin & filius eius Dietricus, Dietricus de Dorfen, Dietricus de Sluvingen, Dietricus de Haitinchaim, Pernhardus de Ruite & filius eius Pernhardus, Gebeno de Funfingen, Tegenhart de Sevelt, Walchuon de Stainbach, Eberhart de Maisa, Sifridus de Wartenberch, Oudalricus de Holzhusen, Hainricus de Lochchirchen, Sigifrid de Ridingen, Sigifridus de Visilingen, Oudalric Sibenhar, Wernhardus de Horbach.*

Hoc quod hic scribimus notum fieri omnibus volumus, quedam videlicet mancipia ad altare sancte Marie Frisinge pertinentia apud Lintin consedisse. His Otto senior palatinus Comes fuerat ab Episcopo inbeneficiatus, quibus & ipse *Wernhardum de Stouse* inbeneficiavit: ex his quedam in Monasterio Admundensi sunt conversa, & sola germana eorum Williburch in seculo remansit. Hanc cum filiis suis interventu Admontensis Abbatis & Abbatis Wihenstevensis predictus Wernherus Wernhardo retradidit, & item ille seniori palatino commisit, qui & ipse Episcopo eam retradidit, qui eam cum filiis suis ad altare sancti Stephani ad annualem censum exsolvendum dedit. Testes *Otto Palatinus Comes, Chunradus Dux de Dachowe, Wernhardus de Stuophe, Deginhardus de Sevelt, Piligrimus de Wolmoutesahe, Dietricus de Dorfen, Dietricus de Sliwingen, Henricus de Lokchirchen, Waltman & frater eius Roudolfus de Pastberch, Chunradus de Haidolfingen, Diepoldus de Wippenhusen, Engilmar de Massenhusen, Gerwicus de Chamer, Gerwicus de Horschenhoven, Sigifridus de Wartenberch, Routlandus & frater eius Roudolfus de Pubenhusen, Gerwicus de Pubenhusen,* cum aliis multis.

Quidam frater Oudalricus ſancti Stephani qui fuit Camerarius fratrum ſancti Stephani in Wihenſteven, de officio fratrum ſuorum emit predium in Hurlebach de *Chuonrado de Tiereſtorf*, quod in manu *Gotefridi fuit de Chirchtorf*, qui ſervare debebit preſate Eccleſie ſancti Stephani. Teſtes ſunt de nobilibus, *Pilgrimus de Wolmuoteſah*, *Eberhardus de Frichindorf*, *Oudalricus de lapide ſive de Staine*, *Wolftrigil de Sandoltishuſen*, *Heinricus de Emphinbach*, *Gebin de Mantelchirchen*, *Helmpreht de Muren*, *Rohe de Tollingen*, *Heinricus de Totinchaim*: *de miniſterialibus Oudalricus de Holzhuſen*, *Adelbero de Uove*, *Enwich de Hitenfurte*, *Manegolt de Wilhſe*, *Chuonradus de Tegrinpach & filius eius Askerich de Humpreteshuſen*: *Herwicus de Werde*, *Wernherus de Fulenbach & filius eius Hartman*.

Folchmarus de Urſingen ſuſcepit in fidem ſuam quoddam predium in Urſingen a quodam *Rudigero & Gotefrido de Volkburch*, per eum obſervandum Novecelle apud Friſingam, pro ſuſceptione filie ſue, & hoc factum eſt in placito *Friderici Palatini Comitis Liutkirchen*: Petitione vero Prepoſiti fratrumque ſuorum idem Folchmarus delegavit idem predium in manum *alterius Volchmari ſui conſortis* apud Urſingen, ut obſervaret illud Monaſterio ſancti Stephani ad kameram ſororum perpetuo iure ſervandum. Teſtes, *Folchmarus predictus*, *Ruodigerus Husker*, *Pertoldus Cellerarius*, *Ruopertus Thelonearius & frater eius Adilbertus de Giſinwelt*, *Ruodigerus Roniger*, *Wernherus & filius eius Hartmanus & Wolfker de Fuolenbach*, *Wernhart de Hege*, *Heinrich de Riede*, *Wichmarus de Langenprukke*, *Marquardus de Urſingen & Hartmanus Preco*, *Fridericus & filius eius Pertoldus de Richkerishoven*, *Cuonradus de Ernuſtuskadémen*, *Hermanus de Ronennege*, *Magens de Walde*, *Liutmannus & frater eius Engilfrit de Urſingen*.

Fide-

Fidelium Eccleſie innoteſcat memorie qualiter inter ſe fratres de Monaſterio ſancti Stephani Friſinge, & de ſancto Lamperto Seuven, communi aſſenſu, eadem voluntate ut duo ad invicem predia commutarent, Adilgiſingen videlicet de parte fratrum ſancti Stephani, de parte vero fratrum S. Lamperti quicquid proprietatis haberet eorum Monaſterium in loco qui dicitur Rimen convenerunt, pactamque commutationem coram Ottone Palatino iuniore utriusque loci advocato, preſentibus ſuis Abbatibus Gunthero de ſancto Stephano, & Domino Heimone de ſancto Lamperto ſub teſtamento firmaverunt. Cuius rei teſtes ſunt, *Dietricus de Dorfen, Aribo de Piburch, Dietrich de Slivingen, Pilgrim & frater eius Pertoldus de Wolmutſahe, Weinhard de Horbach, Eberhart de Stainbach, Otto de Holzen, Aimwich de Hitenwurt, Gerloch de Tuoingen, Brunne, Sifridus de Wartenperch, Counrad de Appatingen, Oudalrich Sibenhar.* Delegabant autem idem fratres de Seven cum Abbate ipſorum per manus advocati predicti Ottonis ſupra memoratum predium in Rimen in manus *Dietrici de Dorfen*, ut ipſe delegaret illud ad altare ſancti Stephani, quod & factum eſt ut teſtificantur ſubſcripti homines, *Dietrich qui & delegator, Chunrat de Haidolfingen, Waltman de Paſtperch, Iſenrich de Lochkirchen, Harwic de Cholfdorf, Rudolf & frater eius Friderich de Gutechenhuſen cognominati Chrebezz, Friderich de Hegelingen, Rudolf & frater eius Gerwich de Pubenhuſen, Fritelo de Haidolfingen, Gotfrid de Altpreiteſperge, Megingoz de Riede, Ortolf de Rumelsdorf.*

Notum fieri cupimus omnibus preſentibus & futuris Chriſti fidelibus, quandam viduam, nomine *Chriſtinam* que uxor fuerat *Engilmari de Horskenhoven* poſt obitum eius ad Monaſterium ſancti Stephani cum filio & filia veniſſe, & illic ſub regularis vite diſciplina enutriendos Domino obtuliſſe; ad ipſorum vero exterioris vite neceſſaria, & fratrum inibi Deo ſervientium ſervicia predium

quod

quod apud Horskenhoven habuit ad altare ſancti Stephani absque ulla contradictone tradidit: tali videlicet pacto, ut ſi quis Abbas vel aliqui fratres ipſum predium vendiderint vel pro alio commutaverint, proximus heres illud libere poſſideat & cenſum aurei numi ad altare ſancti Stephani annuatim ponat. Huius rei teſtes ſunt iſti, *Eppo Parochianus de Mochingen, Chunradus de Haidilſingen, Arnoldus filius Waltrici de Friſinga & Heinrich ſororius eius, Reginmarus & filius eius Altmanus, & Fridericus de Stegen fratres.*

Noverint univerſi populi qualiter quedam libere conditionis mulier Hilta nomine ſe ſuamque omnem poſteritatis progeniem ſua ſponte ad altare ſancti Stephani ad V. denarios annuatim perſolvendos propria manu cenſualem tradiderit. Teſtes, *Engilſcale de Pachar, Wernhere maritus eiusdem femine: de familia Skirenſi, Richkere & Hortolfhuſen, Haimo, Hermam de Vetingen, Lantolt de Wickenhuſen, Perhtolt, Adilpreht, Perhtolt de Heruhuſen.*

In hac pagina ſcripta continentur univerſa beneficia, que pie memorie Dominus Pruno Epiſcopus Pabenberch impendit fratribus de Monaſterio S. Stephani: primum Abbati Sigmaro dedit V. talenta ad curiam Nuirenberch; VI. ad curiam Pabenberch, V. talenta miſit eidem Abbati ad Monaſterium per fratrem ſuum Hainricum, Ciphum argenteum & ſcutellam itidem argenteam & tapete, & cappam nigram deſubtus habentem mantellum criſeum & mulum miſit eidem Abbati. Abbati Gunthero qui poſt illum ſucceſſit, duas purpuras & IIII. talenta miſit; item per fratrem Albertum miſit duo talenta, per fratrem Veginmarum XIII. talenta; ſigillatim V. talenta pro vinea comparanda ea conditione miſit, ut in feſto ſancti Georii fratribus eiusdem Monaſterii videlicet ſancti Stephani potus daretur, poſt obitum autem eius in anniverſario die id ipſum perſolveretur. Predium dedit eo vivente

vente idem Episcopus & soror eius, quod venditum est XV. talentis, cum eisdem talentis redempta est curia Richersdorf.

Purchardus de Fritzilingen paravit nobis werram de predio nostro in Rubendorf que conposita est coram *Ottone Comite* advocato nostro: traditis eidem Purchardo a fratribus sancti Stephani tribus solidis, & eodem Purchardo abdicante se omni iure de eodem predio. Cuius rei testes sunt, *Fridericus filius Palatini Comitis, Rupertus de Tumesh. Liutolt de Haganowa, Karolus de Aterbach, Gerwic de Kamer, Gerwic de Horskenhofen, Adilolt de Kamer, Atman de Hasalbach, Hainrich de Buchendorf, Hainrich de Perchach, Hainrich de Wolvoldesahe, Wolfhere de Wolvoldesahe, Grimolt de Prisingen, Sigfrit filius Witil de Wartenperc.*

Eodem Purchardo contentionem movente pro eadem curia coram Domino Ottone Episcopo, sententia *ministerialium* abiudicata est omnis appellatio de eodem predio. Testes, *Engilbertus Hallensis Comes, Hartwic de Routa, Hainrich de Ettilingen, Isanricus de Lohchirchen & duo filii eius Hainrich, Isanrich, Waltman de de Passperc & frater eius Roudolf, Altman de Hasalbach & filius eius Sigihardus, Anwic de Hitenvurte, Hainrich de Hunpelen, Folchart de Paschan, Wolfhere de Perchusen, Pero de Tagolvingen, Adalbertus de Haga, Arnolt de Zelshusen, Baldwin de Zollingen.*

Omnibus pie viventibus innotescat, quod quidam regalis clientele *Adilgoz* dictus tale predium quale in villa Oltistorf legitime possedit pro salute anime sue, & filii sui Rahwini amore Monachicam vitam profitentis, Deo & sancto Stephano delegavit, absque ulla exceptione a fratribus sepedicti martiris possidendum, sine ulla contradictione. Hi testes huius traditionis sunt facti, *Isanricus filius eius, Hainricus de Pergarin, & filius eius Hainricus*

vicus, Adelbero de Filshaim, Eberhart de Afolterbach, Kuradus de Touchringen.

Sciant omnes Ecclesie fideles quod quidam minister alis Frisingensis Ecclesie Isingrun vocatus, & in Monasterio sancti Stephani ad conversionem receptus illuc secum ad altare sancti Stephani suum tam patrimonium quam beneficium totum quod habuit apud Pfaffenhoven, potestativa manu tradidit. Testes sunt, *Haimo, Eberhart &c.*

Pie matris Ecclesie filii noverint universi qualiter ad petitionem Domini Guntheri Abbatis & fratrum sancti Stephani Wihensteven Dominus *Heinricus Comes de Wolfratshusen*, quandam famulam suam, ipsis se daturum spoponderit, & sponsionem ipsam hoc modo persolverit: causa ipsius sponsionis predictus Abbas quendam Monachum Roudigerum dictum ad prefatum Comitem misit, qui Comes coram ministerialibus suis predictam mulierem cum omni posteritate sua ad altare sancti Stephani delegandam, pro salute anime sue & parentum suorum & omnium fidelium defunctorum, in manus ipsius Monachi tradidit, *quam delegationem ipse Monachus absque omni contradictione* ad altare sancti Stephani *fecit*, coram subscriptis testibus, *Heinricus de Perchach, Elbouwinus de Perchac, Williboldus & filius eius Perhardus de Adershusen.*

Noverint omnes fideles Ecclesie qualiter quidam clericus Perhart de Pozan tradidit ad altare sancti Stephani potestativa manu vineam suam, que sita est in loco qui dicitur Chellare, pro sua omniumque suorum commemoratione parentum. Huius rei testes sunt, *Meginhart de Wettingen, Prouno de Mulderf, Perhtolt de Waltenhoven.*

Noverint

Noverint omnes in Christo credentes tam futuri quam presentes qualiter ego Otto Dei gratia sancte Frisingensis Ecclesie Pontifex, rogatu Guntheri Abbatis de Wihensteven & fratrum suorum, concambium patravi inter prelibatum cenobium & Episcopatum *Foresis*, cuiusdam evidenter determinati pro tribus hubis in villa Marcellingen nuncupata & molendino & curtili in Pergenouhe, & pro decem & septem mancipiis. Huiusmodi vero concambium utrumque recepit & confirmavit *Otto palatinus Comes senior & filius eius Otto* aliis quam pluribus ingenuis & ministerialibus prelibate rei attestantibus, *Otto palatinus Comes & filius eius Otto, Chounrat de Dahhone, Pilgrun de Wolmotshahe, Purchard de Mosburch., Dieterich de Hattenrhaim, Karolo de Aterbach, Eberhart de Frichendorf, Loutolt de Hagenoue, Alton de Sigenburch, Sigfrid de Wartenberch, Heinrich de Lohkirchen, Aimpich de Hittenwourte, Dieterich de Dorfen, Kounrat & Londewich de Haidolwingen, Oudalrich de Holzehusen, Gerwich de Kamere, Gerwich de Horzenhoven, Heinrich de Wolfoltesdorf, Gotebolt & frater eius Heinrich de Giesenbach, Roudolf & frater eius Gerwich de Puhenhusen, Purchart de Rizingen, Aribo & filius eius Aribo de Hounprehtshusen, Walterich & Perhtolt de Frisinga.*

Num. X. Abbate Raporone. 1156. - 1172.

Omnes nosse cupimus sancte religionis populos, qualiter Gunwinus .... quidam Ratisponensis civitatis habitator tradidit Monasterio sancti Stephani Wihensteven quandam proprietatis sue domum in Ratispona cum territorio cui eadem imposita domus erat, tradidit autem hoc modo, rogando videlicet fideiussorem suum *Balduinum* cognomine *Puterich* nepotem suum, ut eam domum cum territorio delegaret in manum filii sui *Gunwini* per eum antedicto monasterio perpetuo iure conservandam, quod testamentum confirmatum est presentia & auctoritate Domini Fri-

derici palatini Comitis, advocati prefati Monasterii ante Ecclesiam daze Niderun munsture Ratispone ad curiam illam, quando discordia illa que fuit inter Heinricum Ducem Bavarie & Episcopum eiusdem civitatis Hartwicum pacificata est. Testes erant plurimi nobiles & electi, quorum pauca nomina istius testamenti scripture subscripsimus, que sunt huiusmodi, *Chunradus Comes de Roniger, Purchart de Mosepurch, Adilbero de Starcholdeshoven, Otto de Askaim, Ruodolfus & filius eius Ruodolf de Pasiperch, Purchart Stislingen, Sigefrid & frater eius Oserich de Wartinperc, Sigefrid de Ridingen, Ruger & Heinricus de Lintahe, Heinricus Sibenhar, Baldwin Pitterich, Walther de Gisinvelt.*

Ekehardus de Lengendorf & mater eius Geppa dederunt nobis V. talenta ut sibi concederetur ad vitam suam predium nostrum in Richenchirchen, & pro testimonio ad censum V. denarios darent annuatim in Festo sancti Michaelis. Testes omnes fratres.

Noverint cuncti presentes & futuri qualiter quidam *Reginhalm* nomine ex ministerialibus vel ex familia sancti Stephani conversus in Monasterio eiusdem martiris cum uxore & filiis tradidit ad altare eiusdem sancti quicquid hereditario vel empticio iure possederat apud Affolterpach; predium videlicet quod in eodem loco habuit, & Ecclesiam quam ibi construxerat cum dote & cetera que circa eundem locum habuit. Fecit autem hoc per manum *Hainrici de Lohchirchen* sine omni contradictione, in ipsius enim manus idem delegatum erat predium. Huius vero traditionis testes hii sunt, ipse *Hainrich qui & delegator, Ofrich & frater eius Sigifridus de Wartinperch, Oudalrich Sibenhar & filius eius Heinrich de Wartenperch, Dietrich de Sligingen, & Sigifridus de eodem Oudilrich de Puripach, Hainrich de Loren, Gebolf de Lengendorf, Khadeloch de Pachin, Paldwin de Skiren, Oudilrich de Werde, Wernhare de Wolfhersdorf.*

Item

n Item notum sit omnibus Christi fidelibus *Heinricum Comitem de Wolfratehusen* in extremis suis delegasse predium quod habuit apud Wernolfingen III. videlicet huobas, cum decem mancipiis in manus *Oudilschalchi* nobilis viri de *Uffildorf* ad tradendum ea ad altare sancti Stephani pro remedio anime sue & omnium parentum suorum, quam traditionem ipse Oudalscalcus postea sicut rogatus fuerat fecit sub his testibus, ipse *Oudalscalcus*, *Purchardus nobilis vir de Lobesingen vel de Chefringen*, *Aribo de Studach prepositus eiusdem Comitis*, *Pernhart de Wolfratehusen*, *Oudilrich de Nidergeltingen*, *Libart de Valcia*, *Pertol de Wachinspach*, *Gerwich de Leeten*, *Wolfhere de Jahinstorf*, *Engilef de Ismanningen*, *Gerwich de Khamere*, *Hainrich de Wolfoltcstorf*, *Heinrich de Perchach: de familia Haimo*, *Otto*, *Adilpreth*, *Gotepolt*, *Timo*.

Notum sit omnibus in Christo viventibus presentibus quam futuris qualiter quedam mulier ex ministerialibus sancti Stephani protomartiris cum filiabus suis Adilhaide & Halicha, tale predium quale possederat hereditario apud Wolfestorf, eisdem testibus, impignoravit partem illam quam solverat a fratre suo Oudalrico; ea conditione ut quicunque amicorum suorum velit solvere octo talentis hic debitor existat. Huius rei testes sunt, *Reudolf de Varnoltcshusen*, *Purchart de Pomgarten*, *Ruodolf de Frumuntesbach & filius eius Ruodolf & Chuonrat*, *Arnolt iuvenis de Utenburch*, *Oudalrich & Wolfdorf frater eiusdem mulieris*, *Purchart de Lutzerpach*, *Wolvolt de Riede*.

Conperfum sit tam futuris quam presentibus qualiter *Waltmannus de Passperch*, delegavit tale predium quale habuit in loco qui dicitur Reine in manus fratris sui *Roudolfi* delegandum super altare sancti Stephani Wihinstevin (& hoc actum est coram Domino Ottone Episcopo) post obitum suum, vel si ultro vita co-

mite servire permiserit, Deo & sanctis eius ad communem usum fratrum inibi degentium pro redemptione anime sue & uxoris sue *Mahthilde*, fidelium defunctorum. Huius rei per aures tracti nobiles viri *Fridericus de Pugin*, *Liutolt de Hagenowe*, *Ruodolf de Paſtperch & Waltman iunior & frater eius Friderich*, *Hainrich de Lobchirchen & frater eius Iſinrich*, *Sigihart de Pacharn*.

Notitie mutue in posterum reponimus qualiter *Christiana* de ministerialibus sancte Marie *Loupach* cum filia sua Adilheide & filio *Heinrico* se ipsos obtulerunt cum predio quod habuerunt in predicta villa, sub obedientiam Domini Rapotonis Abbatis Wihenstevengensis, ceterisque commanentibus ac deinceps Deo servientibus, in usum perpetuum pro remedio animarum suarum & omnium parentum suorum absque omni contradictione. His testibus firmaverunt additis insuper duobus famulis *Adalberto & Waltchero*, *Puppo & Wichart de Louppach*, *Erkenbreth de Riede*.

Memorie omnium commendare duximus qualiter *Osanna de Cacharn* cum filiis suis *Sigihardo & Sibotone* tradiderunt ad altare sancti Stephani quoddam pratum apud Pullin & tria iugera agri in vinculo qui vocatur Pacharn, & dimidium mansum in eodem vico de allodio suo, cum sorore sua Osanna quam ad communem vitam victuram instituebat. Huius rei testes exstiterunt, *Hainrich de Lochchirn*, *Ruodolf de Gitichenhusen*, *Hartwich de Richolversdorf*, *Sigihart de Veltmochingen*, *Hainrich de Perchach*, *Engilmar de Gunzenhusen*.

Ad aures Absentium diulgare cupimus qualiter *Heinricus de Pergarn*, quidam ministerialis uxore sua nomine *Judita* & filiis suis *Altuomone & Heinrico* tradidit ad altare sancti Stephani tale predium quale possederat in predicto loco Pergarn pro salute

anime

anime ſue & omnium parentum ſuorum poteſtativis manibus absque omni contradictione in communem uſum ſui ſuorumque ſcilicet uxoris & filiorum & omnium ſub norma religionis conmanentium iure perpetuo poſſidendum. Huius traditionis teſtes extiterunt, *Iſinrich de Lochchirchen & filii eius Heinrich & Iſinrich, Wolfhere de Pacharn & filius eius Reginpoto, Ainwich de Hitinfourt, Adilger de Haſilpach, Ortolf de Rubelsdorf, Gerwich de Rubendorf, Dietpolt de Wippenhuſen, Engilwart & Wolfhere, Hartwic de Friſinga, & Elpwin de Parichach.*

Notum fieri cupimus tam preſentibus quam futuris Dominum *Chounradum Ducem de Dachowe* predium ſuum apud Hachingen ſitum in manus *Counradi Comitis de Valaye* delegaſſe hoc pacto ut tertiam partem ipſius predii ad altare ſancti Stephani delegaret, ſi ipſe Dux in expedicione illa, quam cum rege Friderico iturus contra mediolanenſes erat obiret, & proximum heredem ipſius Ducis in ipſo predio iua advocati debere retinere denunciaret. Itaque ipſo Duce in eadem expedicione obeunte Comes Counradus fideiuſſor ipſius tertiam partem predicti predii ſancto Stephano delegavit & proximum heredem Ducis illic advocatum eſſe debere denunciavit. Teſtes, ipſe *Comes Counradus de Valaige, Arnoldus Comes de Dachowe, Counradus filius Ducis Counradi, Oudalricus de Lochuſen, Oudalricus de Wicfrideshuſen, Rudolfus de Mouſebach, Engilmarus de Gumcenhuſen, Fritilo de Ismaningen, Siboto de Pacharn, Heinricus de Oſterhuſen, Amelbertus de Oterhuſen, Volmar & frater eius Witilip de Pelchaim, Pertoldus de Sulzmos, Maxilo, Pilgrim, Pecilo de Friſinga.*

Inquiſitioni tam futurorum quam preſencium tradimus *Irmingardim de Outerbach* filiolam ſuam in Monaſterio ſancti Stephani ſubſcripta oblatione Chriſto obtuliſſe ſponſam, *Volmarus de Pa-*

lahaim

Iahsim filiorum ipſius Irmgardis exiſtens dimidiam hubam apud Otolveshuſen ſitam, quam ex beneficio Comitis *Arnoldi* filii illius habebant, ſancto Stephano delegavit, in preſentia Comitis *Arnoldi* cum licentia ipſius. Huius delegationis ſunt teſtes facti qui in priore delegatione predii Ducis Counradi ſunt ſcripti, Inſuper ipſa Irmingardis cum binis filiis abdicationem ipſius hube fecit.

Notum fieri cupimus tam futuris quam preſentibus ſpecialem amicum noſtrum *Mazilinum de Friſinga* ad altare ſancti Stephani obtuliſſe duodecim talenta hoc videlicet pacto ut decem pro vinea darentur & ſingulis annis dum vivit IIII. Lagane vini ſibi in teſtimoniam dentur. Siqua vero werra intervenerit, ut vinum habere non poſſit, libere absque omni contradictione curiam apud Agheringen obtinebit: firmitatem quoque noſtram *ante altare* accepit, & ut ſibi & uxori ſue prebenda apud nos detur, quando voluerint obtinebit, fuerunt autem ibi omnes poſiti & teſtes ſunt hi facti *Dominus Rapot Abbas, Oudal. Albricus, Rabenicus, Presbiteri & Monachi & Barhati.*

Notum ſit omnibus in Chriſtum credentibus qualiter *Konrat Comes de Phaleige* tradidit ad altare ſancti Stephani partim pro Dei amore partim pro tribus talentis monete Ratisponenſis nove & pro una Kerada vini dimidiam hubam apud Otolteshuſen, & vinetum quoddam apud Pozen. Cuius rei teſtes ipſe *Konrat Comes de Phaleige, Heinricus & frater eius Hainrich de Haimenhuſen, Heinricus de Harenbach, Fipewinn de Perchach, Oudalricus & frater eius Eberhardus de Stalenchirchen: de familia ſanſti Stephani Pertoldus.* Poſtea earundem fecit abdicationem rerum, uxor eius cum duobus filiis ſuis *Ottone & Konrado* apud Phaleiam ſuam *Urbem*, preſente legato fratrum monaſterii ſancti Stephani nomine Iſingrimo. Teſtes, *Konrat Comes uxor eius & ſupra memorati filii ſui Otto & Konrat,*

Konrat, Oudalricus de Lochuſen, Adilbero de Pruke, Oudalricus de Hohenraine, Hartwic de Richolfeſtorf, Otto & Ruodolfus frater eius de Viſpach, Ruodolf de Tale, Heinricus de Richolfeſtorf, Eberhart de Agingen, Hartmut de Haimenhuſen Konrat de Perge, Pertold de Puoche, Oudalricus Liubreteſterf, Sigehard de Spilberge.

Noverint omnes nunc viventes & poſt futuri populi, qualiter quidam *Richerus de Friſinga* pro redemptione cuiusdam predii quod ſitum eſt in loco qui dicitur Altheim, quod remiſit ei Dominus Rapoto pie memorie Abbas de Wihenſtephen, tradidit ad altare S. Stephani domum ſuam cum territorio omnique poſſeſſione ſua, quam habuit in Friſinga ad perpetuum miniſterium fratrum inibi Deo famulantium: eo pacto ut in beneficium ſibi ad ſuam uxorisque ſuæ vitam predicta domus & poſſeſſio remanerent, utque illi inde ſingulis annis XX. denarios ad feſtum S. Michaelis pro cenſu perſolverent. Teſtes, *Sigefridus, Otto & frater eius Sigefridus de Wartinperc, Rutlieb, Luipoldus de Chirchaim, Wolfoldus de Haha, Chunradus de Leren, Oudilricus de Ridingen, Pernhardus de Neufarn, Sigefridus de Cheleheim, Richerus de Friſinga, Perhtoldus de Lengendorf.*

Agnitum ſit omnibus Chriſtiane religionis fidelibus, qualiter ego *Adilbero de Gailingen* & uxor mea delegatorem noſtrum *Dietpoldum de Pergangel* in fide monuimus, ut in manum *Tagin de Vagin* reditus noſtros in villis Naters in alpibus, & Tiſenhoven, Ehmoutingen delegaret cenobio Wihenſtephen: poſtea cum iterum commoneret tradendos. Pro huiusmodi delegatione recepimus poſſeſſiones Monaſterii in villis Sewen & Ehmoutingen & caballum pro IIII. talentis, ea conditione ut nos omnibus libere utamur, & cum diem obierimus omnia ex integro in poteſtatem cedant Monaſterii. Et hec eſt huiusmodi traditionis confirmatio,

quod confratres habent hodie de eis reditibus camerale beneficium, & lagenam vini, & poſſeſſionem in villa Tiſinhoven nuncupata. H. r. t. ſ. idem *Dietpolt qui & delegator de Perhgangel, Walther & filius eius Wolftrigil de Gailingen, Haimo & Eberhart de Perdiſtorf, Durinck de Hohinkirch, Pernhart & frater Iſanhart de Prunnen, Otto, Dietrich & Hainrich de Prunnen, Roudolf de Perlach.*

Noverint omnes future generationis, qualiter quidam nobilis homo *Purchart* nomine *de Moſiburch* propria uxorisque ſimul ſue manu, que dicta eſt *Benedicta*, tradidit ad altare ſancti Stephani unam proprietatis ſue curtem, in loco qui dicitur Maruis: cum mancipiis que inerant, partim pro remedio anime ſue omniumque parentum ſuorum, partim pro XII libris argenti que a fratribus Monaſterii antedicti martiris pro redemptione date ſunt: qui pro pignoris vice eandem curtem pro reddenda predicte pecunie quantitate obtinuerunt. Teſtes, *Purchart de Moſeburch, Konrat de Moſeburch, Wezil de Tolinbach, Heinrich de eodem, Wittigo de Zugilshaim, Gebeno de Otolteshuſen, Friderich de Muren, Pertolt de eodem, Dietmar de Zelle, Hartuwich de Dorripach, Rudiger de Leren, Roupertus de Wolfh. Heinrich de Voheburch, Sigiboto der Kamerare.*

Notum fieri cupimus cunctis in Chriſto fidelibus preſentibus ſcilicet & futuris, quendam *Waltherum* miniſterialem Brixinenſem vineam in loco qui dicitur Riche ad altare ſancti Stephani tradidiſſe. Huius poſt obitum, filius eius *Ludwicus* vineam ipſam in preſentia venerabilis Hartmanni Brixinenſis Epiſcopi coram clero & populo Domino noſtro Rapotoni Abbati & fratribus eius tradens confimavit: hoc pacto ut ſi quis ex poſteris eius vineam ipſam velit rehabere fratribus ſancti Stephani XXX. marcas reddat, Teſtes ſubſcripti, *Ludwicus qui & traditor de Brixien, Adilbertus de Brixen, Cuonradus Herſcaft de Moſeburch, Pertholdus Pockil, Heinricus de Foro, Ruodolfus de Wolfeſtorf.*

Notum

Notum fieri cupimus omnibus vivèntibus tam futuris quam preſentibus, Dominum *Arnoldum Comitem de Morit* curiam apud Winchil cum cultore ipſius, qui Engilmannus dictus erat, cum uxore & filiis eius, & omnia in eo queſita & inquiſita, pro remedio anime ſue & germani ſui & uxoris ſue & omnium parentum ſuorum in manus Domini Rapotonis Abbatis tradidiſſe, ad altare nimirum ſancti Stephani delegandum: hoc tamen pacto ut fructum in ea habeat dum vivat, & fratribus ſancti Stephani ex ea cenſum perſolvat. Teſtes ſubſcripti idem *Arnoldus Comes qui & traditor, Adilbertus de Chuſe, Albanus de Puſenchaim, Willehalmus de Veltorns, Cuonradus Herſcaft de Moſeburch, Rudigerus de Phunzen, Ruodiger & filius eius de Tenſe, Wolnant de Morit, Fridericus de Morit, Heinricus & Cuonradus de Flones, Wichmannus de Solven, Heinricus de Huſen.*

Notum fieri cupimus cunctis viventibus, *Eberhardum de Maiſahe* predium in eodem vico ad altare ſancti Stephani pro remedio anime *Heinrici de Meiſe*, ad petitionem patris illus *Hartwici*, qui predium illud eodem modo ſic illi poſuerat. Teſtes, *Eberhardus de Maiſahe, Liutoldus & Eberhardus frater eius de Hagnove, Eberhardus de Innechoven, Gebolfus de Suanibach, Dietmarus de Pruole, Hartwicus, Rapoto de Maiſahe.*

Noverint omnes fideles quod *Fridericus de Albichingen*, ad dominum dum migravit uxor eius *Adilhait*, predium apud Tal poſitum ad altare ſancti Stephani dedit. Teſtes, *Chuonradus & frater eius Sigboto de Vergenbach, Chuonrad item de Vergenbach, Gerwicus de Horsgenhoven.* Hoc ipſum predium Oudalricus Privignus ipſius Friderici, in cuius manibus poſitum erat, ad altare ſancti Stephani delegavit. Teſtes, *Oudalricus, Ruopartus de Flonspovint, Heinricus de Wolfmoutesbach.*

Noverint omnes fideles Ecclesie qualiter *Arnoldus Comes de Dachowe* predium quoddam, quod a quodam *Tragbotone de Khamere*, & uxore & filiis eius qui ministeriales erant predicti Comitis, alio predio redemerat, ad altare sancti Stephani, potestativa manu pretio XL. & VI. & semis talentorum delegavit. Testes, *Arnoldus Comes de Dachowe*, *Egilof de Iginspach*, *Chunrad de Pipensried*, *Sigehart de Dachowe*, *Tragboto & Ulrich de Khamere*, *Chunrath de Iesenpach*, *Hartnit de Partershusen*, *Aswin & Wolfolt de Gramelingen*, *Gerwicus de Horskenhoven*, *Hainrich*, *Luother*, *Rahewin de Perchach*, *Sigehart & Chunrat de Tal.*

Postremum filius eiusdem *Trachotonis* nomine *Heinrich* & filia nomine *Gerbirch*, pro eodem predio infesta interpellatione coram iudicibus nos agressi sunt, denique numquam se illud abdicasse & se iniuste ac sine ratione de paterna hereditate eiici iugi querimonia commemorabant. Unde *consultu iudicum ceterorumque maiorum*, quinque talenta pro abdicatione eiusdem predii ipsis duobus in presentia *Arnoldi Comitis de Dachouwe* contulimus: hoc pacto ut nunquam deinceps neque de ipsis neque ipsorum posteris vel propiuquis aliquam calumpniam in ipso predio patiamur. Huius rei testes sunt, *Arnoldus Comes de Dachouwe*, *Agilolfus de Iginspach*, *Ingram de Pacharen*, *Meinhardus de Pouchslage*, *Fridericus de Sigemarshusen*, *Perhtoldus de Salzenmos*, *Counradus de Outinburch*, *Heinrich de Luterbach*, *Sigihardus de Eslingen*, *Purchardus & filius eius Perhtholdus de Rotpach*, *Dietmarus de Winden*, *Heinricus de Biugaren*, *Perhtoldus de Kemnaten*, *Witelep. & filius Konradus de Pelehaim*, *Grimoldus de Gotprehtishoven*, *Adilbertus de Waren*, *Haidenricus & frater eius Konradus de Pazzenhofen*, *Hartwicus Ushusen*, *Counradus de Vovehen*, *Counradus de Celle*, *Heinricus de Northofen*, *Altmann & Otto de Irigisbach.*

Qui-

Quidam ex miniſterialibus ſancte Marie Friſinge *Dietpret* nomine, tradidit ad altare ſancti Stephani hereditatis ſue quod habuit predium in loco qui dicitur Narrenhoven, poſt ſuam & unici filii ſui vitam, ex tunc a fratribus eidem ſancto martiri famulantibus perpetuo iure poſſidendum: eo pacto ut prediolum quoddam quod in Piſliz ſitum eſt cum duobus mancipiis, in beneficium illi ad vitam ſuam recompenſationis gratia remaneret, additoque inſuper eo dimidio talento. Teſtes, *Gerwick de Horskenhoven, Purchart & Engilmar de Stizzingen, Hainrich, Luther & Wolfhart de Perchach, Sigehart de Eberſpach, Ortwin de Ouſte, Luther de Adelhershuſen, Gebolf de Eskelpach, Ainwich de Waltenhofen.*

Sigifridus de Walde tradidit ad altare ſancti Stephani pro ſua anima & pro ſui patris ac matris animabus tria mancipia ad V. denarios, quorum hec ſunt nomina Hemma, Gerbirch, Chuonrat. Teſtes, *Chuonrat de Haidolvingen, Engilmar de Gunzinkuſen, Sigifrit & Chuonrat frater eius de Walde, Heinrich de Ganter, Goteſcalch de Albrehteſperc, Arnoldus Salewe de Friſinga, Peringer de Lengenvelt.*

Notum fieri cupimus omnibus hominibus fratres ſancti Stephani habuiſſe prediolum in Wikkehuſen, quod Dominus Rapoto Abbas Richero Nadilinc ad vitam ſuam conceſſit pro cenſu XXX. numorum annuatim.

Quidam noſtre fraternitatis beatus homo Wittigouwe dictus pro anima fratris ſui *Egilolfi*, dedit ad Monaſterium ſancti Stephani quedam bonorum ſuorum, eo pacto ut ſingulis annis Dominus Rapoto eiusdem Monaſterii tunc temporis Abbas quam diu ipſe viveret, poſtmodum autem ſucceſſor eius eadem ratione, fratribus in anniverſario predicti Egilolfi plenum ſervitium abs-

que potu perſolverent, potum vero ipſemet miniſtraret, niſi ſemel vel tot in futuro tempore *opiaria* preſtaret, unde totum ſervitium absque eius expenſione in reliquum de ſubſtantia Monaſterii conſtaret. Cuius rei pagina teſtes ſunt fratres univerſi.

Notum fieri cupimus tam futuris quam preſentibus, quendam *Udalricum de Abichingen* cum coniuge ſua *Adelheid*, quoddam predium ſuum inibi ſitum ad altare ſancti Stephani pro remedio animarum ſuarum & parentum ſuorum hoc modo delegaſſe: quatenus dum vivant hoc poſſideant & ſingulis annis ex eo fratribus cenſum offerant. Coram ſubſcriptis teſtibus, *Oudalr. & filii eius Udalrich & Friderich de Abichingen.*

Notum ſit tam preſentibus quam futuris quamdam mulierem nomine Hizilam cum filio ſuo *Engilſchalko de Veltmochingen* delegaſſe ad altare ſancti Stephani houbam unam, quam in eadem villa poſſederat, ac ſtatim poſt delegationem pro beneficio eam de Monaſterio recepiſſe. Hoc pacto ut ſingulis annis in feſto ſancti Viti cenſum unius denarii de ea pro iudicio ſolvendo, poſt obitum ipſius mulieris ad proprietatem Monaſterii, iam ſub teſtimonio a filio abdicata, absque omnium contradictione redeat.

Omnibus in Chriſtum credentibus notum eſſe cupimus, qualiter quidam miniſterialis ſancte Marie Friſingenſis *Heinricus de Gotprehteshoven* proprietatis ſue quod habuit predium in premiſſo ſitum loco, pro remedio anime ſue ac omnium parentum debitorumque ſuorum tradidit ad altare ſancti Stephani poſt vitam ſuam perpetuo iure poſſidendum; vel ſi illa interveniret ratio, quod filiam ſuam parvulam vellet inferre in Monaſterium vel ipſemet amore Dei introire in illud, eo die qua ille vel illa & ſimul cum illa ſuſcipietur ſtatim ad miniſtrandum eius ſtipendium corporale

pre-

predicta posſessio Monasterio absolveretur. Fecit autem hanc delegationem ea vel maxima causa, ut concederentur sibi XII. solidi, quos si infra V. annos non retribueret post V. annos totius usus posſessionis singulis annis quamdiu pecuniam non redderet, fratribus remaneret, si autem ipse ut dictum est veniret, reddere non cogeretur. Testes, *Goteſcalcus de Abrethſperch, ipſe Heinricus de Gotpretshoven, Waltricus, Richerus, Engilwan, Otto de Friſinga, Lutherus & Wolfhardus de Perhchach.*

Omnibus fidelibus notum esse cupimus, qualiter quidam *Iſinricus de Hasmoutingen* tradidit ad altare sancti Stephani mancipia quedam, matrem nomine Chunigunden, cum filiis & filiabus suis cumque omni eorundem posteritate; sub ea conditione ut singulis annis V. denarios pro censu ad supradictum altare persolverent, eo pacto, ut si ullus unquam Abbas sancti Stephani ad aliud supra nominata mancipia servicium redigere, aut in beneficium alicui concedere voluerit, proximus heres Isenrici proprietatis ea iure obtineat. Uxor autem eiusdem Isenrici duo ex illis mancipia Ekephraten videlicet & Ophemiam ad vitam suam debet habere, & post eius obitum ad sanctum Stephanum ut dictum est debet pertinere. Testes, *Iſinricus de Dasmoutingen, Aſchuvin de Oſterndorf, Heinricus de Haſilbach, Roudigerus de Sitinbach, Chuonradus de Verginbach, Adilpertus de Perindorf, Baldwin de Perchach.* Item assensu & petitione predicte uxoris sue, cuius rei testes sunt qui & supra, idem Isenrich tradidit ad altare sancti Stephani omne proprietatis sue predium in Dasmoutingen per manum fide iussoris sui *Volkardi de Holzhuſen*, eo pacto ut statim post suam & uxoris sue vitam si sine filiis obierint, ad ministerium fratrum Deo inibi servientium pro remedio anime sue omniumque parentum suorum, perpetuo iure remaneat; similiter fiat si illi filii sine filiis decesserint. Eodem die predictus Isinricus per manum alterius fide

iussoris

iuſſoris ſui nomine *Ainwici de Hittenwurt* tradidit ad ante dictum altare tale predium quale habuit in loco qui dicitur Richinkirchen poſt ſuam vitam, ſive heredes ſive non haberet. Utriusque teſtamenti teſtes ſunt iſti, *Iſinricus de Dasmoutingen*, *Ainwicus de Hittinwurt*, *Sigihardus & frater eius Sigiboto de Pacharn*, *Chuonrad de Haſelbach*, *Oudalric. de Chimberch*, *Walchuon de Pomcarten*, *Gerwicus de Horskenhofen*, *Heinrich de Wolfoltesdorf*, *Heinrich de Peracha*, *Iſingrimus de Paſingen*, *Manigolt de Wiſen*, *Ortuwinus de Ouſten*, *Fridericus de Pallenhuſen*, *Richerus de Friſinga*, *Walchoun de Horskenhofen*, *Wolfradus Cemt. de Haihſteten.*

Quidam nobilis homo *Eberhart* dictus *de Maiſaha* tradidit ad altare ſancti Stephani propria manu quoddam proprietatis ſue predium in loco Emmeheringen dicto ſitum, pro ſua uxorisque ſue anima ad miniſterium fratrum Deo inibi ſervientium. Teſtes, *Luitoldus & filius eius Luitoldus de Hagenowe & ipſe Eberhart de Maiſaha*, *Hartwicus de Richolfesdorf*, *Gotifrit & Sigifrit de Skiren*, *Gotefrit de Rotinbach*, *Dietmar de Proule*, *Chounrat de Tullinhuſen*, *Heinrich de Perahaim*, *Arnoldus de Haganowe.*

Eodem die *Luitoldus de Haganowe* tradidit ad idem altare pratum quoddam daze Praitenwiſen, recepit illud de manu Domini Rapotonis tunc temporis Abbatis usque ad mortem ſuam: hoc pacto ut tot annis pro cenſu unum denarium inde perſolveret in annunciatione ſancte Marie. Teſtes, qui & ſupra.

Dietpoldus quidam *de Sindeshuſin* per manum delegatoris ſui *Rudolfi de Pubinhuſen* tradidit ad altare ſancti Stephani poſt vitam quoddam proprietatis ſue predium in villa ſitum Ismaningen in preſentia advocati noſtri *Ottonis Palatini Comitis.* Teſtes, *Purchart de Moſeburch*, *Aribo de Biburch*, *Rudolfus de Pubinhuſen*, *Gotpolt de Gieſen.*

Gieſenpach, *Heinrich de Wolfoltesdorf*, *Dietpoldus* qui tradidit & alii quam plures.

Noverint omnes fideles Eccleſie, quod quidam Heinricus miniſterialis ſancte Marie maioris Eccleſie, ſponte nobis obtulit talem pro reddenda ſibi pecunia hereditatem, qualem habuit in loco qui dicitur Preiten, cum adiacente molendino, tandemque a nobis XII. talenta & equum recipiens delegavit nobis predictas poſſeſſiones in preſentia advocati noſtri *Ottonis Palatini Comitis*. Teſtes *Otto iunior frater Ottonis Palatini Comitis*, *Aribo de Biburch*, *Gerwich de Pubinhuſen*, *Oudalricus de Holzhuſen*, *Oudalrich de Purginbach*, *Gerwich de Kamere*, *Gerwich de Horskenhoven*, *Heinricus de Perchach*, *Heinricus de Pretten*.

Noverit omnis fidelium Eccleſia, qualiter Dominus Rapoto Abbas ſancti Stephani commutavit quoddam predium Holaren dictum, a venerabili Friſingenſis Eccleſie Epiſcopo Adilperto cum predio alio ſito in vico qui dicitur Timenhuſen. Erat autem hoc predium in Holaren Domino Ottoni Pallatino Comiti a Friſingenſi Epiſcopo beneficiali iure conceſſum, itemque illud Dominus Otto homini ſuo cuidam *Eberhardo de Frikendorf*, ſimiliter autem Eberhardus pro hominio cuidam *Dietpoldo de Sindeshuſin* item conceſſerat: ex quibus duorum in fine nominatorum aſſenſum de commutatione, mediante non modici pretii quantitate predictus Abbas obtinuit. Tandem in prefentia tam Epiſcopi Adilberti quam Ottonis Palatini Comitis utriusque Eccleſie advocati, & aſſenſu utriusque ſupra nominati hominis, concambium peractum eſt & teſtimonio plurimorum confirmatum. Teſtes, *Otto Palatinus Comes*, *Heinrick Comes de Scovenburch*, *Konrat Comes de Romgen*, *Piligrim de Wolmoutſahe*, *Aribo de Biburch*, *Oudalſcalchus de Ufilndorf*, *Dietricus*, *Pernhart*, *Otto de Moſen*, *Luitolt & filius eius Luitolt*

tolt de Haginowe, de Slunungen, Pertolt de Erphenbrunnen, Oudalrich de Purgibach, Konrat de Haidolvingen, Rudolf & frater eius Gerwich de Pubinhusen, Engilmar de Gunzinhusen, Arnolt Saluwe, Eberharde de Werde, Goteſcalchus de Gieſenbach, Heinrich de Wulfoltesdorf, Dietpolt de Sindeshuſen.

Quidam *Guntherus de Gieſenbach* tradidit ad altare ſancti Stephani proprietatis ſue predium, quale habuit in loco qui dicitur Dorfacheren, pro ſua omniumque ſuorum ſalute parentum, eo pacto ut quam diu viveret, illud V. inde cenſum denariorum annuatim perſolvendo poſſideret; utque illi & homini ſuo cuidam Gotſcalco de Herdinishuſen aliud prediolum quod ſitum eſt in Hecinhuſen a Monaſterio ad vitam utriusque per cenſum V. denariorum concederetur: ita duntaxat, ut Guntherus predictos denarios quam diu viveret perſolveret, eo mortuo Gotſcalcus ſingulis annis redderet; quo mortuo poſſeſſio ad monaſterium rediret, etiamſi heredes relinqueret. Teſtes, *Gotpoldus & frater eius Guntherus de Gieſenbach, Iſingrimus de Paſingen, Sigifridus Aitirſtein, Wernherus & frater eius Ainwicus de Perchuſen, Gotſcalcus & frater eius Ruodpertus de Herdinishuſen, Konrad der Paichinhuſare, Chounradus de Walde, Heinricus de Gouriehen, Otto de Gieſenbach, Pertoldus, Haimo, Eberhardus de Vettingen.*

Notum eſſe volumus omnibus fidelibus, qualiter Dominus Rapoto iſtius Abbas congregationis emit a quodam Roudigero & filiis eius quoddam predium in Preciten, pro quinque talentis; idem vero Roudigerus una cum filio ſuo Heinrico delegavit antedictum predium ad altare ſancti Stephani. Cuius rei teſtes ſunt, *Heinrich de Preciten, Roudigerus de Engelheringen & filius eius Heinrich, Adilbero de Rikershoven, Otto de Haikilkoven, Oudalrich & Engilpolt de Friſinga, Ortwinus de Ouſte.*

Sciant

Sciant omnes Ecclesie fideles qualiter quidam Durinch, cum uxore & filiis suis, vendidit nobis omne predium suum quod habuit in loco Amaizperge, cum cultis & incultis, quesitis & non quesitis pro sex & semis talentis, & delegavit per manum *Pertoldi Comitis de Andehsa*, cuius predicta uxor & filii ministeriales erant, in presentia advocati nostri *Friderici Palatini Comitis*. Testes, *Pertoldus Comes de Andehs*, *Fridericus Palatinus Comes*, *Aribo de Tatindorf*, *Oudalscalchus de Usilindorf*, *Dietricus de Sluvingen*, *Hainricus de Scallenchaim*, *Oudalricus de Pupilingen*, *Pernhart & Gozwin frater eius de Kirchaim*, *Durinch & tres filii eius*, *Pernhart de Tal*, *Gerolt de Goutmetingen*, *Hainrich de Nordendorf*, *Gebehart de Eschelbach*, *Dietricus de Goutmetingen*, *Eberhart de Purin*.

Duo fratres Ofricus & Sigifridus, licentia Dominorum suorum Palatinorum, delegaverunt ad altare sancti Stephani predium situm in Haginperg quod antea pater eorum moriens illuc pro oblatione tradiderat. Testes, *Counradus de Roningen*, *Pilgrimus de Wolmoutsach*, *Aribo de Tatindorf*, *Oudalschalchus de Ousilindorf*, *Sigifridus & Ofrious*, *Oudalricus de Kelhaim*, *Oudalrich de Purghach*, *Fridericus de Possperg*, *Counradus de Haidolvingen*, *Arnoldus de Frisinga*, *Gotschalchus de Albrechtesperge*, *Hartwicus de Frisinga*.

Noverit omnis multitudo credentium quod tres fratres *Sigfridus*, *Wimarus & Wernherus de Volckartesdorf*, tradiderunt huic monasterio proprietatis sue servum, nomine Rudigerum, pro VI. & semis talentis per manum *Ottonis Wildegravi* fideiussoris sui. Eodem die uxor predicti *Sigfridi Gerbirch*, pro denominata quoque pecunia, tradidit ad altere sancti Stephani uxorem antedicti Rudigeri Hadmout vocatam, cum filiis suis & cum fratre suo Lanzone, ea qua sibi servierant conditione: annuente & petente eodem Ottone Wildegravo qui eadem mancipia Gerbirge

tradiderat. Teſtes, *Otto Comes, Sigfridus & frater eius Wimarus & Wernherus de Volchratesdorf, Rudigerus & filii eius Heinricus & Counradus de Adelhereshuſen, Lanzo de eadem villa.* Poſtea vero filii & filie Sigfridi & Gerbirge, eadem ſuo iuri mancipia abdicaverunt. Prime autem donationi ubi illa mancipia a Domino Ottone Gerbirge tradita ſunt hi teſtes interfuerunt, *Otto Wilddegrave, Ortolf de Friheim, Adilbertus de Incimoſe, Cuonradus de Wichſe, Oudalſcalchus filius Ottonis Wildegravi, Sigfridus Eiterſtein, Goteſcalchus de Eberolteſteten.*

Arnoldus Comes de Dachowe tradidit ad altare ſancti Stephani proprietatis ſue ſervum Purchardum pro X. ſolidis. Teſtes *Arnoldus de Dachowe, Oudalricus de Lochhuſen, Wergant de Lus, Oudalrich Puoch, Sighardus Naph. Heinr. de Varnolteshuſen, Gotefridus de Rotenbach, Tragboto de Camera, Purchardus de Fizingen, Dietmarus eius miles, Cuonr. de Paſingen, Heinrich de Mundiſteten.*

Scire rogamus omnes fideles populos pactionem noſtram, quam fecimus cum proviſoribus ſilve Friſingenſis Eccleſie. Illi namque ſingulis annis iuſtitiam ſuam unam ſpentam inportune a nobis exigebant, nec tamen nobis noſtram ſpentam ullatenus reddere volebant; tandem ordinante Domino *Ottone Palatino Comite*, preſente quoque Domino Adilberto Epiſcopo, auctoritate utriusque conſtitutio inter nos & illos huiusmodi facta & firmata eſt: ut nos illis annuatim dimidium talentum pro ſpenta in nativitate Domini daremus, & unusquisque nobis ſimiliter omnibus annis VI. arbores de maioribus perſolverent. Teſtes, *Cuno de Megilingen, Cuonradus de Roningen, Pilgrimus de Wolmouteshach, Aribo de Tatindorf, Oſricus de Wartinberc & Sigfridus, Oudalrich de Chelhaim, Hermanus Voux, Adilpero de Gueſenbach, Gerwicus de Camera, Gerwicus de Horſcenhoven, Heinricus de Wolvolteſtorf, Counrad de Haidolvingen, Engilmarus de Gunzenhuſen, Ruodolfus de Pubenhuſen.*

Notum

Notum fieri cupimus tam futuris quam preſentibus *Megingozum de Vihete* ſervum ſumm Pernhardum, in preſentia Altumonis prioris & fratrum ad altare ſancti Stephani delegaſſe, in cenſualem quinque numorum, coram ſubſcriptis teſtibus, Ipſe *Megingozus*, *Roudigerus de Lintach*, *Pertoldus de Wippenhuſen*, *Walchun de Pomgarten*, *Purchardus de Altolsdorf*.

Quidam *Sigifridus de Wilbach* ſororem ſuam introducens in Monaſterium virginum, ad providenda illi exteriora vite neceſſaria, tradidit ad altare ſancti Stephani per manum *Engilmari de Gunzenhuſen* predium quoddam ſitum in loco qui dicitur Narrenhowen. Teſtes, idem *Engelmarus*, *idem Sigifridus*, *Rudolfus Scobel*, *Adilbero de Richkershoven*, *Paldwin de Perchach*, *Wolfrath*, *Adilbertus*, *Wolfherus & Baldwin frater eius*, *Pertoldus de Waltenhoven*.

Quod factum eſt concambium inter nos & *Ottonem Palatinum Comitem*, ſciant omnes quotquot audierunt. Commutavimus enim ab eo unum curtiferum in Ratispona, ſuper quod poſita erat domus cuiusdam Ottonis, quod idem palatinus Comes a Friſingenſi Eccleſia beneficiali donatione conceſſum habebat, cum tribus curtiferis, que ad poſſeſſionem Monaſterii pertinebant: annuente & agente Domino Adilperto venerabili tunc temporis predicte Eccleſie Epiſcopo. Teſtes, *Otto Palatinus Comes*, *Arnolt Comes de Dachowe*, *Pernhart de Moſen*, *Friderich de Paſtperc*, *Engilwan de Ahedorf*, *Gerwich de Pubenhuſin*, *Adilpertus Marſchalch*, *Sigfrit de Wartenperch*, *Oudalrich de Holzhuſen*, *Sigiharth Napf*.

Concambium quoddam quorundam prediorum inter fratres ſancti Stephani & *Waltmannum de Paſtperch*, ſine notitia advocati ſui factum eſt, quod propter inequalitatem conſtare non poterat: unde fratribus ſepe multumque reclamantibus, tandem reclamatio

illa huiusmodi exequatione conquievit. Tradidit enim predictus Waltmannus ad altare sancti Stephani quoddam predium, quod situm est in loco qui dicitur Gundoltesrain, & delegavit id sua & manibus filiorum suorum *Waltmanni & Friderici*, in conspectu Ottonis Episcopi, in manus *Rudolfi de Postperch & Rudolfi Chrebesti*; ea conditione ut sibi & uxori sue ad vitam suam predium idem reservarent & post vitam utriusque ad supradictum altare delegarent. Interim autem quam diu viverent arietem tot annis pro censu ad Monasterium persolverent. Testes, *Waltman & filii eius Waltmannus & Fridericus*, *Rudolfus & filius eius Rudolfus de Postperc*, *Adiloch & frater eius Rudolfus Chrebescen*, *Ifinricus de Purgraime*, *Rudolfus & Gerwic frater eius de Pubenhusen*, *Engilmar de Gunzinhusen*, *Dietpolt & filius eius Fritilo de Ismanningen*, *Arnolt Saluve*.

Quidam *Tagino* nomine *de Gisilingen* in extremis constitutus, pro remedio anime sue delegavit quendam servum suum in manus cuiusdam Arnoldi, tradendum ad altare sancti Stephani protomartiris Wihensteven ad censem V. denariorum annuatim persolvendum. Cuius petitionem prefatus Arnoldus complens, parvo post interiecto tempore delegavit idem mancipium super aram memorati martiris tenore prescripto.

Scire cupimus omnem fidelem populum, qualiter quidam Otto & uxor eius de Ratispona filiam suam parvulam adhuc introducentes in Monasterium virginum, ad altare sancti Stephani tradiderunt domum suam in Ratispona, omnemque substantiam suam quam tunc haberent & post acquisituri essent; simulque Deo coram altari & fratribus voto se obligantes, ut altero eorum defuncto, alter ad Monasterium sancti Stephani cum omni iam denominata substantia conversationis gratia continuo veniret. Receperunt autem eadem bona de manu Abbatis obedientiali iure, ut in

his

his interim laborarent quam diu viverent, unde subsisterent & singulis annis duo talenta in festo sancti Emmeramni ad ministerium fratrum inde persolverent. Testes, *Adilpertus Zollo, Einwicus de Hittenwurte, Eckehardus de Lengendorf, Engilwan de Ahedorf, Conradus de Haselbach, Manegolt & frater eius Heinrich de Wase, Heinrich de Gotteprehteshoven, Rudolfus de Wolfesdorf, Chuonrad de Taxxenwanch.*

Quidam ex ministerialibus Frisingensis Ecclesie, Reginarus, ad conversationem veniens ad Monasterium sancti Stephani petivit a Domino Ottone venerabili eiusdem sedis Episcopo tunc temporis, ut mancipia XVIII. quibus ab eadem inbeneficiatus erat Ecclesia, cum omni posteritate sua ad V. denarios tot annis persolvendos, supradicto donarét Monasterio. Cuius annuens petitioni predictus antistes presentialiter eadem mancipia propriis manibus Monasterio sancti Stephani delegavit. Testes, *Heinrich de Prunnen, Heinrich Felix puer., Chounrat & Ludowicus de Haidolfingen, Sighart de Pachorn, Mazilo de Frisingen.*

Sciant omnes presentes & futuri Christiani populi, qualiter Dominus Otto Prepositus de Sancto Andrea Frisingensi in extremis vitam agens, & in hoc Monasterio seculo renuntians, delegavit per manum fratris sui & fideiussoris *Pernhardi de Mosen* proprietatis sue predium omne quod habuit, una cum molendino in loco qui dicitur Wrte, pro remedio anime sue animarumque omnium parentum suorum. Testes, *Pernhardus de Mosen, Rapoto de Tegrinpach, Chuonradus de Vilse, Ortolfus de Halinchaim, Heinricus de Holzhaim, Wergant de Maisaha, Reginfrit & Starchant de Frisinga.*

Aschwinus

Askwinus quidam laicus dictus est *de Lengendorf*, qui plenarie fraternitatis in hoc Monasterio habens consortium, & antequam novissimum vite exalaret spiritum, tradidit ad altare sancti Stephani tale predium quale habuit in Rocholvingen pro remedio anime sue, per manum *Heinrici* fideiussoris sui *de Osterndorf*. Testes, *Ekkehart de Lengindorf*, *Magines & Cotpolt & Perhtolt fratres de Lengindorf*, *Gebolf de Lengindorf*, *Heremannus de Tanne*, *Luitolt de Wintpozzingen*, *Wolfolt de Horbach*, *Gebehardus de Osterndorf*, *Heinricus qui & delegavit de Osterndorf*, *Otto de Nuzraine*, *Hartwicus de Euchenhoven*.

Noverint tam futuri quam presentes, ad petitionem Domini Rapotonis Abbatis *Engelmannus de Wincheln* unam vineam, portionem videlicet hereditatis sue, in presentia Domini sui *Arnoldi comitis de Morith*, cum licentia ipsius in manus eiusdem *Abbatis* dedisse ad altare nimirum sancti Stephani delegandam. Testes *Oudalricus de Traspis*, *Oudalrich & frater eius Wolmandus de Morith*, *Alban de Morith*, *Fridericus Prepositus de Grifenstaine*, *Oudalschalchus Cellarius*, *Heinricus de Wellenhaim*, *Heinricus de Griezen*, *Heinricus Friderici Prepositi filius*.

Universos Ecclesie fideles nosse cupimus, qualiter *Gerwicus de Horskenhoven* tradidit ad altare sancti Stephani omne proprietatis patrimonium quod habuit in eadem villa, annuente & presentialiter id efficiente Domino suo *Friderico Palatino Comite*, ut statim eo mortuo, sive heredes haberet sive non, ad predictum altare libere pertineret: eo pacto ut illi a fratribus sancti Stephani concederetur ad vitam suam alia possessio, que sita est in eadem villa, unde annuatim persolveret pro censu talentum argenti. Dedit autem huius pacti conventionis gratia eisdem fratribus X. talen-

talenta. Testes sunt, *Fridericus Palatinus Comes*, *Conno de Megilingen*, *Adilbero de Zazheringen*, *Wernhardus de Horbach*, *Cotpoldus de Gisenbach*, *Horsch*, *Eberhardus de Veltmouchingen*, *Wolfram do Utingen*, *Heinrich de Zulesdorf*, *Isangrim de Lenginvelt*, *Oudalrich de Chamerè*, *Otto de Giesenbach*.

Quidem *Paldwinus de Zollingen* unacum filiis suis dedit & delegavit ad altare sancti Stephani quandam silvam cum terra apud Riedam pro VI. solidis. Testes predictus *Paldwinus & filii eius Durinc*, *Adilber*, *Gotfridus*, *Perenger de Wecheringen*, *Meginhart de Walchounesbach*, *Pezilo Scurriph*, *Paldwinus de Perchach*.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, qualiter Dominus *Heinricus* frater predicti Ottonis prepositi abdicavit se querimonie, quam habuit de predicto predio Vurte in manu Domini *Ottonis Palatini Comitis* senioris, advocati nostri, cui nos e contra septem talenta intuitu eiusdem abdicationis dedimus. Testes, *Dietricus de Slibign*, *Wernherus*, *Otto*, *Oudalricus de Purginbach*, *Sigfridus de Wartenberch*, *Osricus frater eius*, *Adlhardus de Prisingin*, *Sifrit de Riden*, *Engilwan de Haidorf*, *Heinricus Wefogel & cognatus eius Hello*, *Werner de Foleratesdorf*, *Counrat de Lochchirn*.

Noverint omnes Christiani tam presentes quam futuri, qualiter quidam de familia sancte Marie Frisinge, nomine Pero cum uxore sua eiusdem famile Bertha nomine, communi assensu & voluntate tale predium quale possederunt in loco qui dicitur Pacharn, tradiderunt ad altare sancti Stephani protomartiris Wihensteven, potestativis manibus, nullo contradicente, ad recreandos pauperes ipsius Monasterii Hospitali adventantes; ita si ipse aliquando sine heredibus remaneret.

Askwinus quidam laicus dictus est de [illegible] *Arnul-*
narie fraternitatis in hoc Monasterio habe[illegible] [illegible]sio quo
quam novissimum vite exalaret spiritum, [illegible] [illegible]ephani dele-
phani tale predium quale habuit in [illegible] [illegible]ricus de Tegrin-
anime sue, per manum *Heinrici* fi[illegible] [illegible]gfridus de Walde,
stes, *Ekkehart de Lengindorf*, [illegible] [illegible]cherus Nadel, Cun-
de Lengindorf, Gebolf de L[illegible] [illegible]wach.
de Wintpozzingen, W[illegible]
Heinricus qui & dele[illegible] [illegible]s quam presentibus, vene-
cus de Euchenhoo[illegible] [illegible]tem communi assensu totius
[illegible]inta talenta argenti a quodam
N[illegible] [illegible]ominati martiris, hoc pacto ac-
ni [illegible] [illegible]chus & uxor eius Perhta, filia quo-
po[illegible] [illegible] vivant predium quoddam predictorum fra-
trum in Gunzenhusen, duas nimirum curias libere possideant; *ipsis*
vero defunctis, ipsum predium in usus fratrum predicti *sancti* abs-
que omni contradictione rursus ut cedant: in testimonium vero
huius pacti Gerloch, Pertha, Halica singulis annis ad altare sancti
Stephani censum quatuor numorum persolvant. Preterea Mazili-
nus &Pertoldus Wuherare de Frisinga predictum predium a fra-
tribus in delegationem receperunt, prefatis hominibus reservandum
secundum modum descripti pacti. Testes, *Amelbreth de Otershu-*
sen, *Heinrich de Haimenhusen*, *Engelmar de Hernshusen*, *Heinricus &*
frater eius Hartwicus de Wolfolstorf, *Chounradus de Hirzbach*, *Oudal-*
ricus de Kinberch, *Walchoun de Poungarten*.

Cognitioni tam futurorum quam presentium notum facimus
causam subscripte delegationis. *Adilbertus* quidam nobilis cogno-
mine *Zol*, ad altare sancti Stephani tradidit omne predium, quod
habuit in Pettenbach quesitum & inquisitum, causa anime sue &
parentum suorum. Testes sunt, *Liutoldus de Hagenowe*, *Eberhar-*

dus

ibus de Maisa, Heinricus de Steinbach, Pertoldus de Moringen, Oudalricus ab Ekk, Chounradus de Husen, Sigifridus de Pergen, Hervandus Maisa, Chounradus de Otte, Liutpreht de Owisse, Heinrich Herzo de Vohburch.

Notum fieri cupimus tam futuris quam preſentibus, venerabilem Dominum Chunradum Auguſtenſem Epiſcopum Dominum Abbatem Chunrado & Haimone de Mammendorf in Ve, huiusmodi cauſa que talis eſt: pater eorum dictus fuit ex familia ſancti Stephani, ſed mater eorum Luiza, ancilla Marie Auguſtenſis Eccleſie fuit. Quocirca quia Chunradus & Haimo ex Auguſtenſi familia fuerunt data ta numerum, quod prefatus Abbas ad altare S. Stebeneficium acquiſivit, obtinuerunt.

Delegationem quam ſcribimus notum fieri cupimus omnibus viventibus. Venerabilis Adalbertus Friſingenſis Epiſcopus altare ſancti Benedicti in feſto ſanctorum apoſtolorum Simonis & Iude conſecravit, & quidam Heinricus cognomine Muzan predio ſuo quod in Richolveshuſen habuit ipſum altare dotavit, in ſervicium fratrum ſancti Stephani: inveſtitura ipſius predii ex toto data. Teſtes, *Heinricus Felix puer, Reutoldus & Chounradus de Hitenwurt, Gerwich de Horſchenhoven, Gotefrit Pincerna de Friſinga, Atman Camerarius, Wolferus Annonarius, Maxilinus de Friſinga.*

Pie matris Eccleſie filiis tam futuris quam preſentibus notum fieri cupimus delegationem ſubſcriptam. *Richerus de Althain* in extremis poſitus predium ſuum quod in eadem villa habuit, in manus Richeri iudicis de Friſinga cognati ſui, & Hartwici patrueli ſui hoc modo delegavit; ut debito iure delegationis retento, ipſum predium uxori ſue *Richarde* ex qua filios non habuit, ad vi-

tum ſuam conſervarent, & poſt mortem ipſius Richardi ad altare ſancti Stephani delegarent, pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum. Teſtes, *Hathmont de Haimenhuſen*, *Maximus de Friſinga*, *Perhtoldus Wucherer & filius eius Heinricus de Friſingg.*

Notum fieri cupimus omnibus Chriſtianis, qualiter quidam *Sibote* cum matre ſua *Oſanna de Pachorn* predium ſuum, quod in Richernkirchen habuerunt, Domino Rapotoni & fratribus ſancti Stephani pro XII. talentis oppoſuerunt. Poſtea delegator ipſius predii *Oudalſcalchus de Minigenhuſen*, rogatu dicti Sibotonis & matris ſue ipſum predium ad altare ſancti Stephani delegavit, hoc pacto ſi ipſe Siboto hoc non reſolveret datis XII. talentis. Teſtes, *Gerwicus de Hereſchenhoven*, *Fridricus de Kerſſe*, *Ortwin de Oufa*, *Pater eius Liutbret de Pachorn*, *Rihwin de Perchu.*

Religioſa congregatio totius Eccleſie noverit *Adilbertum de Mouſe* predium quod habuit in Sprachprucce fratribus ſancti Stephani in Wihenſteven vendidiſſe pro V. talentis. Teſtes idem *Adilbertus de Mouſſe*, *Tagene de Muſſe*, *Udalrich de Ozenbach*, *Rapoto de Virmulen*, *Kounrath de Ozenbach*, *Engilſcalch de Sprachprukke.*

Delegationem predii in Richmundesbach ad altare Crucis hoc modo factam, notum fieri cupimus omnibus viventibus. *Roudolfus de Wolfsdorf* in depoſitionis die filii ſui Roudolfi, pro remedio anime ſue & parentum ſuorum & omnium fidelium defunctorum, dictum predium ad altare ſancte Crucis delegavit, hoc pacto ut inveſtitura ipſius predii frueretur, quousque viveret, vel ſi quando vellet in congregatione ſuſciperetur. Teſtes *frater eiusdem Roudolfi Chounradus de Wolfsdorf.*

Pie

Pie matris Ecclesie filiis notum fieri cupimus tam futuris quam presentibus, quendam Arnoldum in Hospitali pauperum sancti Stephani receptum. Pro qua receptione & pro remedio anime sue & parentum suorum & omnium fidelium defunctorum, tradidit ad altare sancti Iacobi predium quod in Ouste habuit per manus delegatoris sui *Ottonis de Steinberingen*. Testes, *Otto de Steinberingen*, *Dietricus de Selming*.

Notum fieri cupimus tam futuris quam presentibus, qualiter Dominus Oudalscalchus Parrochianus de Volcholteswanch *filiam suam* Wilfbirgam ex cotidiana servili conditione ad annualem censum quinque numorum singulis annis, hoc modo Domino Rapotoni Abbati duo talenta dedit; qui communi consilio fratrum suorum predicte mulieri presens scriptum descriptum dedit, ut cum omni posteritate sua in perpetuum censualis existat *duodecimo anno* censum dans claustri cellerario. Si qua autem persona in posteritate illa censum tribus annis superfederit, vel servus uxorem aliam quam ex familia aut in ante non duxerit, servilis cotidianus ammodo erit: si qua etiam persona in predio claustri collocata fuerit, prout vult censum dabit, vel non dabit. In confirmatione autem huius descriptionis testes facti sunt familiares qui ad placitum Domini Abbatis hoc anno in Zillingen convenerunt, sed precipue isti, *Hpinricus de Percha*, *Rabewinus de Percha*, *Ortwinus de Ouste*.

Notum fieri cupimus tam futuris quam presentibus, quandam feminam Richinzam dictam in Monasterio sancti Stephani ad altare sancte Crucis duo predia in Groube & in Aiche, per manum germani sui *Eberhardi de Lengendorf* delegasse: conditione accepta pacti subscripti, ipsa predia ad vitam suam habebit, si prius ultro non dimiserit. Preterea duo predia in Gislingen a fratribus

sancti Stephani accepit, dans eis quatuor talenta; & duas Karradas vini & sexaginta ulnas linei panni. Hec quatuor predia dicta ad vitam suam habebit, si ut diximus prius, ultro non dimiserit, singulis annis ab eis dans censum fratribus dimidii talenti. Insuper plenam fraternitatem accepit hoc modo, quandocunque velit intrare claustrum sororum, recipiatur; si non intraverit, tamen honorifice defuncta apud nos sepeliatur. Hec autem omnia confirmata sunt illi laudatu Domini Rapotonis Abbatis & totius conventus. Testes, *Ekehardus de Lengindorf.*

Contigit autem eadem Richiza defuncta, quod *Otto de Swinchirchen* filius fratris eiusdem Richize & Heilca soror eius eadem predia, Gruobe videlicet & Aiche, quasi hereditario iure sibi vendicavit, & tam diu iniuste detinuit, usque communi consilio coram Abbate & fratribus eandem vendicationem idem Otto & soror eius Heilca iuste abdicaverunt; ita tamen ut ipsi quoad usque ambe viverent, eadem predia continerent & inde censum trium solidorum Abbati & fratribus annuatim persolverent. Testes, *Oudalrich prepositus de Isene, Eberhart de Sliersé, Siboto Sconprot, Gotfridus de Steinchirchen & filius eius Sifridus, Otto de Swinchirchen, Heilca soror eius, Rupertus de Loupach, Fridericus de Loupach.*

Notitioni cunctorum hominum scripto tradimus, qualiter quidam ex familia S. Stephani, Paldwinus nomine qui beneficio tres houbas de monasterio possederat, easdem houbas in manus Rapotonis Abbatis tali pacto resignaverit: ut si ipse aliquam alienam personom duxerit, que nec sit libera nec de Monasterii familia, prorsus eo beneficio dictata iustitia privetur; hac tamen interposita conditione, ut quam diu ipse hoc non fecerit a nullo hominum aliam ob causam prestitum sibi beneficium minuatur, &

inter-

interpelletur, siquidem pridem id adtemptare decreverat, scilicet ut alienam duceret uxorem: quo conperto Dominus Abbas pactum prescriptum subire conpulit. Testes universi fratres & ex suis consodalibus, *Aribo de Humprehtshusen*, *Liutpret de Owist & filius eius Ortwinus*, *Friderich de Narrienhoven*.

Sciant universi Ecclesie populi, quod Domines *Chounradus Comes de Valeie*, pro remedio anime occisi fratris sui Domini *Ottonis*, tradidit ad altare sancti Stephani dimidiam houbam apud Mouren daz Intal, per manum ministerialis sui *Hartmodi de Heimenhousen*. Testes sunt idem *Hartmout*, *Heinricus*, *Rahewinus*, *Paldewinus de Perha*, *Rapot de Labere*.

Duo homines fuerunt frater & soror, Erchanger & Gertrud, qui contentionem movebant de quodam predio nostro, quod situm est apud Prunnen, affirmantes illud sibi hereditario in re conpetere; ut reclamationem sedaremus, dedimus illis XII. solidos & abdicaverunt, tam ipsi quam & filii eorum, & alia soror eorum Touta vocata. Huius rei testes, *Heinricus de Tutinkoven*, *Pernhart Wenke de Diengin*, *Albertus de eodem*, *Volmar de Erchenhoven*, *Pertholt de Diengen*, *Willehalm de Sundoltingen*, *Chounradus de Risen*, *Sibot de Ufkirchen*, *Meingoz & Engilpreht de Gerhartingen*, *Albreht de Ardingen*, *Gebman*, *Heinrich*, *Pertolt*, *Warmunt de Diengen*, *Gebehart de Holzen*, *Ebermunt de Diengen*, *Erchanger de Purolvingen*.

Omnes fideles nosse cupimus qualiter *Anwicus de Hittenourt* filiam suam Deo offerens in Monasterium nostrum, quoddam proprietatis sue predium attribuit apud Wihsse, & tam ipse quam filii sui *Rondolf & Kounrat* delegaverunt illud ad altare sancti Stephani ad perpetuum fratrum servitium. Testes, idem *Anwicus*

tus & filii eius Roudolf & Kounrat, Siboto de Pacharen, Albricus Pincerna Episcopi, Ortwin de Owist, Paldwin de Perchach, Liutpoldus de Tonstet.

Noverint omnes fideles Ecclesie, qualiter *Heinrich de Wolfolteſtorf* ministerialis Domini *Ottonis Palatini Comitis*, predium quoddam apud Durrenhaidolfingen situm ab Abbate de Wihenstephen Domino Rapotone VII. talentis conparavit: eo pacto ut sibi illud ad vitam suam & duobus filiis *Counrado & Heinrico* similiter ad vitam utriusque remaneret, & post vitam illorum triam ad altare sancti Stephani pro remedio anime sue pertineret. Delegavit ergo illud predium ad altare supradicti Martiris, ea qua dictum est ratione, propria manu manibusque duorum filiorum supra nominatorum. Testes, *Adilbertus de Sundernhusen, Gotschalch de Albretsperge, Hainrich de Tanne, Perhtolt de Richershusen, Wernher de Frimundespach, Wolfher de Holzhusen, Udilrech de Tuchingen, Heinrich & duo filii eius Konrat & Hainrich de Wolfoltersdorf.*

Notum fieri cupimus tam futuris quam presentibus, Gerbirg in extremis positam servum suum Eberhardum in manus germani sui Eberhardi delegasse, ad altare sancti Stephani delegandum ad annualem censum quinque sumorum: quam delegationem fecit idem Eberhardus. Delegavit etiam predictus Eberhardus eadem die predium predicte sororis sue, quod habuit apud Wolfsdorf, quod moriens similiter ad altare sancti Stephani eundem fratrem suum soror illa delegare petivit. Testes sunt, *Karolus de Jugilsdorf, Hermannus, Hainricus de Wolfstorf, Hainricus de Frisinga.*

Quedam nobilis femina *Perhta* vocata *de Nenthach*, tradidit ad altare sancti Stephani, una cum manu unici filii nomine Hainrich, tale predium quale habuit apud Hennhusen, pro anima mariti

sui

ſui *Goteboldi* in hoc Monaſterio ſepulturam habentis. Teſtes *Hainrich de Ubingen*, *Wirenth. Hainrich de Jorcen & Richerus & fratres eius Oudalrich & Otto*, *Hainrich de Haimhuſen*, *Rapoto & frater eius Gebehart de Meningen*, *Goteſcalckus de Herdishuſen*, *Ainwicus de Grimerhuſen*, *Ortwinus de Ouſten*, *Sigifridus de Walde.*

Omnibus Chriſti fidelibus notum fieri cupimus, qualiter *Wolfherus* quidam *de Tegrinbach* vir nobilis & ingenuus in extremis poſitus, proprietatis ſue molendinum unum in Swintkirchen & vineam cum dimidia houba, in manus cuiusdam conſimilis ingenui nomine *Heinrici de Voukelingen* delegaverit, huic Monaſterio pro remedio anime ſue in fide ſua tradendum, quod fecit coram preſentibus teſtibus, *Luitoldus & filius eius Luitoldus de Hagenhove*, *Dietricus de Moſen*, *Heinrich de Vohelingen*, *Kounrat & frater eius Pertoldus de Riſin*, *Fritel de Ismanningen*, *Dietpaldus de Wippenhouſen*, *Rapoto de Haidolfingen*, *Reginhoto de Pachern*, *Aribo & Pertoldus de Unprehteshuſen*, *Rahewin & Paldewin de Perha*, *Sigefrit de Ridingen*, *Arnoldus de Hagenhove*, *Lintman de Ratispona.*

Poſteritati fidelium ſcripto pandimus, qualiter illuſtris *Comes Gerhardus de Kregelingen* in celebratione curie Wirzeburch acceptis octo talentis & carrada vini & coniugi ſue duabus aureis armillis a Domino Rapotone loci huius Abbate, reſignaverit in manus Adalperti venerabilis Friſingenſis Eccleſie antiſtitis beneficium decime, quale habuit in prediis noſtris Adelhershove & Holarn, huic loco perpetualiter donandum. Cuius petitioni venerandus idem preſul ſtatim annuit, & prenominatam decimam hereditario iure nobis & clauſtro contulit. Teſtes, *Volmarus de Wilhershoven*, *Engelwannus de Pubenhuſen*: *Fritil & filius eius Arnoldus Adilpertus Marſchalch*, *Hainricus de Adelhershuſen*, *Gotefridus Pincerna*, *Wolfherus Hiſpar*, *Eppo Dinſtman*, *Altmannus Camerarius*,

Hainrich Planch, Fridericus de Poumgart, Sigehardus Sleh. Orwinus de Ouste, Rahewinus, Paldewinus de Perch, Wolframus de Scalchuſen, Cuonradus de Wimershaim, Karolus de Obernpach, Oudalrich de Salha, Pruno de Prechtal, Engelſcalohc miniſterialis Comitis, Gozwinus de Khreglingen, Gotefridus de Denckindorf & frater eius Hainrich, Herman de Hohenſtat, Hartnith Dapifer, Eberhardus Pincerna.

Omnium noticioni fidelium ſcribimus, qualiter filii *Hainrici de Perchach* abdicationem fecerunt predii inibi fiti, quo patrem ſuum beneficiatum eſſe iniuſta contentione & direptione clauſtrum inveſtaverunt. Primum *Chuonrat* maior filiis fecit abdicationem in iſto Monaſterio preſente advocato noſtro *Ottone Palatino Comite* & fratribus ſuis, *Cuonrado Archiepiſcopo & Friderico Palatino*, hac conditione ut viginti talenta ſibi & fratribus ſuis conferrentur. Teſtes, *Oudalricus de Lochuſen, Pertoldus de Praitenprunnen, Ortolfus de Tegerenwach, Iſanricus de Pureran, Hainrich Felix puer, Counrat de Tegirinpach, Hartwicus de Friſinga, Cuonrad Avunculus puerorum, Eberhardus Chaſte, Hainricus de Wolfolteſtorf, Gotefridus de Zuisdorf, Rudegerus de Lintahe, Hartlip de Giſenbach, Fridericus Stir, Hainrich de Adelhereshuſen, Arnoldus de Weiſingen.* Ceteri vero *filii Hainrich* abdicationem fecerunt tres ſimul in placito apud Miltahe, ſub teſtibus iſtis, *Hainrich de Forze, Lutoldus, Adalbero, Lutoldus de Forz, Cuonrat de Pachinhuſen, Oudalricus Munt, Gelfradus de Chothach & filius eius Gelfradus de Horskenhoven, Hainrich de Adelhershuſen & ſoror eius de Aiterbach, Hainrich de Nertingen, Chuonrat Avunculus puerorum & ipſi quatuor fratres qui & abdicaverunt.*

Noverint omnes pie matris Eccleſie filii tam preſentes quam futuri, quod Dominus *Otto Palatinus Comes maior de Wartperch* Advocatus huius Eccleſie, pro remedio anime ſue & uxo-

ris

ris ſue *Domine Agnetis* omniumque parentum ſuorum, tradidit ſuper aram ſancti Stephani protomartiris per manum delegatoris ſui Ottonis nobilis *viri de Moſen*, predium tale quale habuit in Hage ſororibus hoc in loco Deo famulantibus ipſo vivente ſpecialiter ad cameram ipſarum deſerviendum; poſt ipſius vero Comitis ex hac luce Domino vocante deceſſum, generaliter tam fratribus quam ſororibus, univerſe ſimul congregationi, annuatim in anniverſario ipſius depoſitionis die perpetualiter exinde ſervicium conſtituit perſolvendum. Teſtes huius delegationis, *Otto de Moſen, Perhtoldus de Erphenbrunnen, Chounradus iudex de Wartperch, Eberhardus de Perge, Siboto de Pachern, Arnoldus de Adelberge, Gotfridus de Inningen, Gebehard de Holzhouſen, Conradus de Aheim, Heinricus de Perhah.*

Num. XI. Sub Abbate Reinbotone. 1177. - 1182.

Quidam ex miniſterialibus ſancte Friſingenſis Eccleſie *Heinricus vocabulo de Norderndorf*, poſſederat predium in eodem viculo quod a patre ſuo, qui erat ex familia ſancti Stephani protomartiris, eiusdem Eccleſie proprium fuerat. Ipſe vero penuria ſibi incumbente, oppoſuerat illud cuidam *Ortolfo de Liuthartsdorf*; volens autem renunciare ſeculo, Monaſterio predicti martiris confeſſus eſt palam ſe illud memorato Ort. oppoſuiſſe pro VII. talentis & tribus ſolidis, a quo Dominus Reinboto Abbas & fratres Monaſterii huius ſolventes dederunt illi VII. talents; abdicationem primum publice facientibus filiis prefati *Heinrich*, ipſeque Monaſterii ingreſſus eſt. Teſtes, *Ortolfus de Luithartsdorf, Gebehalf de Eskelbach, Chuonradus de Eſchelbach, Heinricus & eius nepos Heinrich de Ubermuſſe, Engildiech de Witingen, Heinrich de Amaizperge, Arnoldus & frater Reinpertus de Aſche, Wilibolt de Phaphingen, Adilhardus de Steinhart, Pilgrimus de Steinhart, Heinrich Braſſe & Arnoldus de Riede, Rudigerus & frater eius Dietricus de Eberahe,*

Swikerus, Chuonradi, Rudolphus de Norderendorff, Pertoldus filius ipſius Heinrich qui predium dedit, Adilhardus, Heinrich, Meginoldus de Werolwingen.

Mulier quedam Willibirch, libere conditionis *Dietorium* S. Stephani accepit *Adilhardum*: ex ea tres filias genuit & duos filios quorum nomina ſunt, Sigifrit, Sigibot, Chunigunt, Luicart, Gotisdiu: mater autem ad altare ſancti Stephani ſe tradidit ad cenſum V. numorum, hoc pacto, ut filie ſue cenſuales quinque numorum tantum, non filii exiſtant, quod a Domino Reginbot Abbate & a fratribus obtinuit.

Quidam Adilbero tradidit ad altare ſancti Stephani tale proprietatis predium, quale habuit in loco daz demo durrin Haidolwingen, per manum fideiuſſoris ſui *Purchardi* nominati de *Stizingen* cui etiam idem Adilbero predictum predium pro *duobus* talentis antea depoſuerat: a quo nos illud tanto argento redemimus. Tradidit autem hoc pacto, ut quanto tempore viveret beneficii iure id poſſideret, datis inde ſingulis annis XXX. argenteis; quando vero a vita aut ab hac provincia quacunque neceſſitate decederet, noſtre ſtatim iuſtitie remaneret. Teſtes, *Purchart, Engilmar de Stizingen, Chuonrat de Haſilbach, Altman de Dorindorf, Purchart, Chuonrad de Pomgarten, Goteſcalch de Pilungeſtorf, Chuonr. de eodem.* Poſtmodum filius ipſius *Sigifridus* per abdicationem ipſum predium ſancto Stephano ſtabilivit; recipiens caballum. Teſtes, *Egilolf de Iginſpach, Tragboto & filius eius Sigfridus de Kamere, Elſo & frater eius Gelphare de Cholbach, Sigfridus de Walde, Rapoto de Viermuole, Arnoldus & frater eius Heinricus de Nuringensdorf.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quoniam quidam Plebanus Oudalſcalchus nomine de Volkol-

Volkoldeswanc tradidit ad altare ſancti Stephani protomartiris Wihenſteven omne proprietatis ſue patrimonium, quod poſſederat in loco qui dicitur Golznperge per manum fideiuſſoris ſui *Engilmari* vocabulo *Herbirchirchen;* inſuper & oppoſituram quandam, que ipſi ſtabat ſolidis decem in eodem loco ſitam: ipſe autem predium idem ad vivere ſuum perfruendum, & ſingulos annos in memoriam ad cenſum XII. denariorum perſolvendum in beneficium recepit a Domino Reginbotone eiusdem loci Abbate. Tradidit etiam nobis eodem die omnem facultatem ſuam, cum univerſa ſuppellectili ſua, quam habere viſus fuerit hora exitus ſui, tam in rebus mobilibus quam exiſtentibus, aut ſi forte prius ſaniori conſilio ſeculo renunciaverit aut ultro dimiſerit, abdicata omni poteſtate aliunde diſtribuendi excepto permiſſu & licentia Abbatis; cuncta ſpopondit nobis derelinquere perfruenda. Que traditio ne ullius poſteritatis eius ſucceſſione fraude ſeu violentia infringeretur, facta eſt coram Domino *Ottone Palatino Comite* maiori advocato huius loci; teſtes ſubſcripti, *Chuonrat de Moſeburch*, *Chuonrat de Dorinberch*, *Routpertus de Frichendorf*, *Heinrich de Forze*, *Oudalrich & Ostolfus Haitenchaim*, *Engilſcalck de Varch*, *Gotfrit & frater Wichmandus de Zolſtorf*, *Hainrich Abngrutte*, *Ruodigerus de Tiufenbach*, *Albero*, *Engilmar de Herbirchirchen & filius eius Engilmar Altvin de Sikkenhuſen*, *Gotfrit de Holzhuſen*, *Cuonrat de Paichenhuſen*, *Giſolt de Muonichen*, *Piligrimus de Muonichen.*

Cunctorum notitioni fidelium ſcripto pandimus Dominum Reinbotonem Abbatem & fratres ſancti Stephani protomartiris Wihenſteven, emiſſe prediolum quoddam contiguum allodio ipſorum in Horſchenhoven, a quodam *Heinrico de Haimenhuſen* pro ſex talentis; & ipſe idem Heinrich ratam faciens illam traditionem iam dicti predii, donavit illud remota omni contradictione per manum Domini ſui *Chuonradi Comitis de Valei*, cuius ipſe miniſteria-

lis exstabat, super aram memorati martiris coram subscriptis testibus, *Chuonrat Comes de Valei, Heinrich de Haimenhusen, Chuonrat de Germarswanch, Chuonrad de Sulzrain, Rapoto de Hohenw, Adilbertus de Wezzinsprunnen.*

Noverit universitas cunctorum tam presentium quam futurorum, quod quidam nobilis homo *Liutoldus* nomine *de Hagenowe*, pro remedio anime sue & filiorum germanorum suorum totiusque parentele sue salute & pro omnium fidelium defunctorum requie, tradidit super aram sancti Stephani protomartiris per manum *filii sui Liutoldi*, totum predium suum quod habebat in vinculo Sewen nuncupato; tres videlicet curias quas partim comparaverat, partem sibi a germano suo longe ante defuncto in hereditariam sortem successerant, & omne quidquid ibidem proprietatis iure possidebat, culta & inculta, cum exitibus & reditibus, omnia donavit in usus fratrum Domino & memorato martiri perpetualiter hoc in loco famulantium. Tradidit autem tali conditionis tenore, ut post ipsius hac ex luce decessum, eo die quo corpus eius tumulandum fuerit, & deinceps singulis annis in anniversario obitus ipsius die, tam fratribus quam sororibus universe simul congregationi ad refectionem solempne servitium ex sumptibus illius persolveretur, sed & haud dissimili apparatu in annunciatione sancte Marie annuatim etiam exinde ministraretur. Emerat autem nobis pridem prediolum quoddam apud Pellenhusen, pro IIII. talentis & vineam apud Studeshakker pro decem talentis, ad prefatum servicium ipso adhuc vivente, in eodem tamen festo annunciationis impendendum, quod non plenarie sed mediocriter cum vino solummodo, & piscibus exequendum iniciaverat. Ne autem supradicte traditionis pactio ullatenus in futurum evacuaretur, inscriptione sui & *imaginis sue* quodquam factum est de pactione confirmari fratribus precabatur, ne ullius unquam in

poste-

posterum Abbatis seu sui cellerarii negligentia vel oblivionis in curia eternaliter omitteretur: pretaxata autem traditione largiter perpetrata, ipse Liutoldus prelibatum predium a Domino Reinbotone Abbate ad censum XXX. denariorum in testimonium dandum recepit, ut ipse sumptibus illius quamdiu viveret potiretur & sic demum illo viam universe carnis ingresso, in communem usum Monasterii recolligeretur. Sanctis collata sit ut hec possessio rata, auribus hi tracti testes sunt illico facti *Counradus Dux de Dachouwe, Liutoldus filius Liutoldi de Hagenouwe, Heinricus Felix puer, Gerwicus de Pubenhusen, Fritil de Isemanningen, Dietpoldus de Wippenhusen, Engilmar de Gunzenhusen, Counradus de Sandolteshusen, Heinricus de Humbelen, Pernhardus de Force, Perngerus de Gartenshusen, Hainricus & frater eius Hartwicus de Wolvoldesdorf, Chounradus de Hirzpach, Counradus de Herdishusen, Hartnit de Sigesmarshusen, Diethoch de Geggenbiunt, Wichpoto Schorp, Otto de Gramelingen, Sifridus de Erphinbrunnen, Siboto de Holzhusen, Counradus iudex de Frisinga, Arnoldus de Hagenoue, Siboto de Wippenhusen, Otto Walch de Forze, Gebolf de Eschelbach, Oudalrich de Engilholmingen.*

Reginboto Abbas sancti Stephani in Wihensteven. Noverint omnes Christi fideles tam futuri quam presentes, quia Mahthildis *Rogeri* militis *de Rospach* violentia in servitutem redacta in placito Domini O. palatini maioris apud Zollingen habito, quod de familia sancti Stephani & censualis conditionis V. denariorum esset evidentibus parentele sue monstravit indiciis, postmodum & ad nos cum prefatis cognatis & amicis suis deveniens, quod in presentia Domini palatini egerit aparuit, humillime rogans ut conditionis sue testimonium in scriptis a nobis reciperet. Cuius iustis postulationibus annuentes, ipsi cum filiis & filiabus & nepotibus suis ac omni posteritate quod tributarie V. denariorum fuit conditionis

tionis recognoſcimus, & preſentis pagine teſtimonio ac ſigilli noſtri impreſſione confirmamus. Huius rei teſtes ſunt, *Ekkehardus de Swinchirchen*, *Heimo & Richpoldus frater eius Oudalrich & Richpoldus carrentarii*, *Meinhart & Oudalrich* & alii plures.

Quidam dilectus frater noſter Mazilinus Friſingenſis civis pro remedio anime ſue XXV. talenta fratribus huius loci dedit: hoc pacto ut cum ipſis talentis fratres predium emerent, de cuius ſumptu ipſi ſingulis annis in anniverſario ſuo defuncti ſervitium haberent. Itaque venerabilis Abbas Reginboto ipſa talenta & inſuper duo *Chuonrado de Greben* pro predio quod in Sewen habuit dedit, & ipſe ipſum predium coram Domino ſuo *Friderico* per miſſu eius in manus Domini *Ottonis Palatini Comitis* iunioris delegavit; delegandum ad altare ſancti Stephani, prius abdicatione facta uxoris & fide data ut filii ſui abdicationem facerent coram iſtis teſtibus, *Otto Palatinus iunior*, *Chunrat de Greben: Grimolt frater eius Walther de Vohburch*, *Sigfrit de Witliſpach & frater eius Perhtolt*, *Arnolt de Pirnpach*, *Arnolt de Uoſhuſen*, *Chunrat von Tanner*, *Wernart de Pucha*, *Heinrich de Ctufringin*, *Churrat de Paxinhoven*, *Paldewin von Waſen*, *Heinrich von Tanner*, *Ulrichus von Chelcheim*, *Pernhart von Gozolteshuſen*, *Riudiger de Lintha*, *Sifrit de Wilpach*, *Megingoz von Walchinbach*, *Heinricus Cancer*, *Ruotpertus Wolf*.

Heinricus de Wolfeſtorf predioſum quod in Laneſtorf habuit, poſt mortem ſuam fratribus ſancti Stephani ut libere haberent cum omnibus que in eo ipſo tempore eſſent deſignavit, preſentibus & annuentibus duobus filiis *Heinrico & Chunrado*. Teſtes, *Heinrich de Wolfeſtorf, & filii eius, Heinrich von Humprehteshuſen, Oudalrich de Herdeshuſen*.

Nove-

Noverint cuncti fideles, qualiter quidam *Heinricus* cognomine *Wevogel* predium quod in Mazbach habuit in manus *Dietrici de Mose* delegavit, delegandum ad altare sancti Stephani pro remedio anime sue & animarum parentum suorum, & omnium fidelium defunctorum. Hoc idem Dietricus fecit coram subscriptis testibus. *Dietricus & eius frater Pernhart de Mosen, Heinrich & Eberhart frater eius de Ahaim, Oulrich von Falchingin, Hainrich de Switikalmingen, Egilolf de Mosin, Werner de Ahaim, Willibort de Ahaim, Rudger de Perge.*

Noverint omnes presentes & futuri, qualiter quidam *Ditpreht* dictus predium suum quod in Narrenhoven habuit ad altare sancti Stephani delegavit: hoc pacto ut filius suus Fridericus hoc ad vitam suam haberet, sicut factum in precedenti libro habetur. Postea ipse Fridericus ipsum predium fratribus sancti Stephani libere dimisit: hoc pacto ut singulis annis tres solidos quo usque viveret ab eis acciperet, coram his testibus, *Oudalrich de Wilbach, Erbo & Chuonrat de Winnekofen, Otto de Slibesheim, Friderich de Narrenhoven, Chunrat de Pacchinhusen, Pernhart & eius fratres Eberhart & Heinrich von Adelhershusen, Chunrat von Horscenhoven, Heinrich, Gumpolt, Willibolt de Chienbereh, Richolf de Miltah.*

Duo germani *Manigolt & Heinrich de Wihse* filios suos *C. & Ou.* ad altare sancti Stephani ut Monachi fierent obtulerunt, & Heinrich partem prati dedit, Manigolt tria iugera. Testes, *Heinrich de Wise, Willibolt von Voleholtiswane, Willibolt de Frimundispach, Ruodolfus servus prepositi, Chunrat de Wihse, Oudalrich, Adelbero & Adelbero iunior, Engilbolt, Ruodolf, Gebehart, Adilbero de Wise.*

Quedam Matrona Haziga apud nos est defuncta: cuius frater Tragboto ad nos postea venit, & predium in Wezenescel-

len quod eadem matrona in manus eius delegaverat delegandum ad altare in cuius atrio sepulturam haberet. Testes: *Tragboto delegator & filius eius Tragboto, Oudalrich de Pergen.*

Fratres huius loci sub Domino Reginberto vineam in Studesachrer a fratribus de Rore pro X. talentis emerunt: hec ipsa vinea confirmata est fratribus nostris in presentia Domini *Ottonis maioris Palatini Comitis* advocati nostri, & in presentia Domini *Altmanni de Abensperc* advocati fratrum de Rore. Coram subscriptis testibus, *Otto maior Palatinus, Dietricus Comes de Waxirburc, Altmannus de Abensperc, Engilhardus de Adelenburc, Heinrich de Biburc, Cuonrat de Mosburc, Wolfkanc de Etnestat, Ratoldus de Reinprestorf, Cuonrat de Wartinberc, Ruodigerus de Sigihartingen, Oudalrich Revan. & frater eius de Lenginvelt.*

Pie matris Ecclesie filii omnes noverint *Adilberonem de Gailingin* censum X. numorum fratribus sancti Stephani huius loci singulis annis de reditibus, quos ab eis ad vitam suam & ad vitam uxoris sue habuit, persolvisse; uxor autem eius *Irmingart* post vitam eius predictum censum de ipsis prediis in Sewen & Hehmuotingen cum reddere nollet, fratres querimoniam coram iudice *Ducis & advocati Ottonis* moverunt & censum coram iudice & coram omnibus qui in placito fuerunt, reddere compulerunt. Testes, *Oudalricus iudex de Valchinberc, Albero de Prukke, Heinricus de Niurtingen, Adilbertus de eodem, Meinhardus de Purolwingen, Eberhardus de Werde, Waltmannus de Tale, Sigihardus de Evenchovin, Liebhart de Sewen, Gebolf de Ubermusse, Kuonrat de Escilpach, Engilprekt de eodem, Engildie de Witingin, Chuonrat de Puorin, Hartman de Sewen Prepositus ipsius.*

Eppo

Eppo quidam nobilis *de Weſterndorf* fratribus ſancti Stephani Wihenſtevin tradidit prediolum in Wetterdorf, quod prediolum Adilbertus Marcalchus ab Abbate Rapotone pro V. ſolidis ad ſolam vitam ſuam accepit. Poſt vitam vero eius uxor ſua Gotsdiu prediolum hereditario iure dicens ſibi debere ſuccedere, werram fratribus intullit, que ita deciſa eſt: abdicationem ſuper altare ſancti Stephani fecit, & ut filii ſui ſimiliter facerent fidem dedit, & prediolum ad ſolam vitam ſuam in cenſum octo numorum ſingulis annis dandum accepit. Teſtes abdicationis eius, *Pabo de Maxpach*, *Pilisne de Outingin*, *Peringer de Gartinshuſen*, *Wolfram gener ipſius Gotisdiu*, *Heinrich de Maybach*. Teſtes abdicationis filiorum que poſtea facta eſt, *Heinrich & Gebehardus de Oſterndorf*, *filii Gotisdiu Albertus*, *Fridericus*.

Notum fieri cupimus futuris & preſentibus concambium duorum prediorum inter fratres ſancti Stephani Wihenſteven & *Ottonem & uxorem eius Hiltigardam de Giſilbach* hoc modo factum: fratres predium in Giſilbach habuerunt, & predictus Otto & uxor eius unum in Althaim; iſta duo predia fratres & Otto & uxor eius commutaverunt, & ex verbo Domini *Sigifridi Coph*, cuius propri fuerunt Otto & uxor eius, dicti predii delegationem fecerunt. Teſtes, *Ekkehardus de Swinchirchen*, *Rapoto de Putilpach*, *frater Oudalricus*. *Ipſe Otto*, *Hartwicus de Euchimchovin*, *Willihalm de Sindoltingen*, *Reginbertus de Tasmuotingen*, *Adilgerus de Aſch*, *Goppoldus de Stroge*, *Chuonrat de Althaim*, *Hiltbrant de Althaim*.

Cunctorum memorie fidelium ſcripto pandimus, fratres ſancti Stephani in Wihenſteven conparaſſe predium in loco Tuzzingen nuncupato, a quodam miniſteriali *Perhtoldi Marchionis de Voheburc*, *Gotefrido* nomine *de Emaredorf*, pro XV. & ſemis talentis, quod predium queſitum & inquiſitum, cultum & incultum, re-

mota omni contradictione tradidit idem Gotfridus per manum fideiuſſoris ſui nomine *Perhtoldus de Richershoven*, cenobio ſancti Stephani ad cameram ſororum inibi Deo famulantium perpetualiter deſerviendum. Huius autem tradicio predii facta eſt in Giſinvelt in atrio Monaſterii, ſuſcipiente illud camerario prefatarum ſacrimonialium Sighardo vocabulo coram ſubſcriptis teſtibus, *Gotfridus de Illmarſtorf*, *Heinrich de Ruogoldingen*, *Wernherus de Feilwazhuſen*, *Dietmarus filius eius de Ambletiſtorf Munſter*, *Witeles de Metinbach*, *Perngerus de Giſinvelt Vorſtmaiſter*, *Marquardus de Urſingen & frater eius Arnoldus*, *Perhtoldus de Richerhovin*, *Wichmannus de Langinbrucge*, *Wernhardus de Dorſtinen*, *Oudalrich de Heid*, *Gerung Dilmarsdorf*, *Friderich Hunt de Giſinvelt*. Poſtea vero parvo interiecto tempore, ne eadem traditio in futurum dolo vel fraude alicuius caſſetur, adductus eſt idem Pertholdus ad preſentiam Domini *Ottonis Ducis Bawarie advocati noſtri* in caſtrum ipſius *Wartinberch* & ibi coram ipſo publice confeſſus eſt. Cuius rei teſtes effecti ſunt, *Ortolf de Tegernwach*, *Dietricus de Moſen*, *Dietmarus de Wolmutſahe*, *Pertoldus de Eskilbach*, *Oudalrich de Frovenhuſen*, *Oudalrich de Purgenbach*, *Chuonrat de Tegerbach*, *Ulricus de Wetingen*.

Quidam Perhtoldus Ratisponenſis ex familia ſancti Stephani Wihenſteven, domum ſuam in territorio fundi predicti martiris poſitam in manus Gozwini delegavit, hoc pacto ut poſt mortem Perhtoldi dimidia pars ipſius domus libere deinceps ſemper fratribus ſancti Stephani ſervetur, altera pars uxori ſue Mathilde: ipſa autem ſi Pertholdum ſupervixerit partem ſuam non poteſt vendere, ſed cui vult poteſt ponere, quia poſt mortem eius ex toto in uſum fratrum debet cedere. Teſtes, *Gozwinus*, *Friderich mit dem Munde Waltherus de Tomeningen*.

Quidam

Quidam ex familia ſancti Stephani Wihenſteven, Hartman Ratisponenſis in manus Friderici Ratisponenſis cognominatus Mundes, molendinum ſuper Danubium delegavit ſervandum, poſt mortem ipſius Hartmanni, in uſus fratrum predicti matiris; teſtes ut ſupra preſcripti ſunt in proximo titulo de domo Pertholdi.

Fratres huius loci Deo & ſancto Stephano famulantes molendinum in Altheim fundaverunt, ſed quidam Heinricus querimoniam movit dicens quod aqua ibi coanguſtata exiens, fines prati ſui ſuffocaret. Hec querimonia coram iudice Ortolfo ex precepto Domini Ducis *Ottonis* hoc modo deciſa eſt: quod fratres ei talentum dederunt, prius iuramento ab eo facto quod omnes cognatos & affines ſuos de ipſa cauſa conquerentes ceſſare faceret. Teſtes, *Ortolfus de Tegrinwach, Otto Coph & frater eius Sigfridus, Heinrich ipſe de Gieſelingen.*

Item ibi in ipſo molendino cum Domino Adilberto Friſingenſi Epiſcopo fratres congambium cuiusdam agri fecerunt: dato alio agro Domino Epiſcopo in loco qui dicitur Giſilingen; ipſum agrum qui datus eſt Domino Epiſcopo fratres commutaverunt a quadam ſorore Rihzen, dantes ei alium agrum quem in Giſilingen habuerunt.

Quidam nobilis *Kuonrat de Lagburch* ad peticionem Domini Rapotonis Abbatis huius loci, hominem Marquardum & filium eius Eberhardum cum predio quod in Wiskenhoven habebat, ſuper reliquias ſancti Stephani delegavit hoc pacto ut pater inter *barbatos* fratres reciperetur & filius Monachus fieret. Prefatus vero Marquardus nondum frater factus in brevi eſt mortuus, & Dominus *Kuonrat* penitentia ductus predium cum predicto Eberhardo filio Marquardi retinere voluit: fratres autem querimoniam de predio & de puero moventes coram Domino Duce Ottone

in tribus curiis ſuis puerum cum predio productis teſtibus retinuerunt. Teſtes omnes qui audierunt hoc in tribus ipſis curiis que fuerunt Pratenwiſe, Pheteres, Ratispone. Teſtes in curia quam Dominus Dux habuit in Pratenwis, *Fridericus Palatinus*, *Otto Palatinus*, *Arnoldus Comes de Dachawe*, *Siboth Comes de Newburch*, *filius eius Chuono*, *Purchardus de Stein*, *Heinricus de Altendorf*, *Altman de Abenſperch*, *Gotefrit de Werde filius eius Kuonradus*, *Perhtoldus de Praitenprunn*, *Leutoldus de Hagenau*, *Kuonrat de Riſen*, *Leutolt de Chelhaim*. Poſtea predictus puer Eberhardus Monachus factus, quod Dominus ſuus confirmavit, delegans ipſum predium ad altare ſancti Stephani: teſtes &c.

Quidam miniſterialis ſancte Marie *Siboto* dictus *de Truchteringen* in extremis poſitus in conſortium fratrum ut ſuſciperetur in loco Wihenſteven obtinuit, & predium ſuum in Truchteringen, poſitum ſuper reliquias ſancti Stephani, delegavit.

Quidam *Eberhart de Wengen* querimoniam coram Ottone advocato movit contra fratres ſancti Stephani, affirmans predium in Leinbach, quod matertera ſua ſancto Stephano dederat, iure hereditatis ſibi debere cedere. Hec querimonia hoc modo deciſa eſt; quod ſex ſolidos a fratribus accepit hoc pacto, ut totius cognationis ſue querimoniam in ea cauſa ceſſare faceret: quod ſi non faceret, predium ſuum fratribus poſuit in Wengen.

Hartnith de Frovenhoven in die depoſitionis fratris ſui *Sifridi* predium Wichartingen, quod ipſorum erat, ad altare ſancti Stephani delegavit pro remedio ipſius Sifridi: hoc pacto ut cenſus ipſius predii congregationi detur in ſervicium. Teſtes *Hartnith & fratres eius*, *Otto Chopf & frater eius Sifridus*, *Ulricus de Wettingen*, *Wernher Aiterſtein & filius eius Wichmarus*, *Leutoldus*

de

Hugenatte, Arnoldus miles eius, Sifrit & frater eius de Wittelinespach, Ortolfus de Terriwac.

Engilmarus de Gunzenhuſen, in die depoſitionis ſui patris *Engilmari*, ad altare ſancti Stephani delegavit partem predii in Ernhuſen pro remedio anime patris ſui & parentum ſuorum. Teſtes, *Engilmarus ipſe, Gerwicus de Pugenhuſen, Liebhart Chaft, Fridericus filius.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quidam nobilis *Adalbertus* nomine in pretio V. talentorum contulit predium ſuum in Muſſe, nullo contradicente ad limina S. Stephani Wihenſteffen: poſt multum vero temporis quidam privignus eius *Oudalricus de Muſſe* id irritum fore teſtatus eſt; quod pertimentes ipſum a ſupra dicto predio in pretio medii talenti amovimus. H. r. t. ſ. *Eberhardus Advocatus, Adilbertus de Sandolthuſen, Oudalricus de Scambach, Marcw. de Herbendorf, Wichard de Untingen, Adelb. de Bruc, Bernh. Eberh. de Abenſperg, Gerung de Oumbelſtorf, Albero de Wanginpach, Heinric. de Ovenſtetten, Altmann de Ouſt, Bertholt de Ouſt, Gotfr. de Derbinhofin, Wernher. Marcw. de Ærbinhofen, Herman. de Luiſtorf, Dieter. de Talbach*, & alii quam plures.

Quidam Perhtold cognomine Fragnare Ratispone in manum Friderici Ratisponenſis cognomento Mundes dimidiam domum ſuam delegavit, poſt mortem ipſius Perhtoldi, fratribus ſancti Stephani Wihenſteven conſervandam, alteram autem partem uxoris ſue & filiis ſuis.

Num. XII. Sub Abbate Altuno. 1182. - 1197.

Quidam noſtre congregationis Monachus illiteratus Iſingrimus nomine, reverſus a curia felicis memorie Domini Adilberti Friſingenſis Epiſcopi in quam aſſumptus fuerat, ex pecunia quam ibidem

dem conquisierat atque deservierat, emit a nobis predium quoddam Pettinbrunnen nuncupatum pro duodecim talentis Monete Ratisponensis, que data sunt pro ovibus ad curiam quandam nostram recuperandam, que nuper exusta fuerat in Mustingen sitam. Ipse vero predium idem tradidit per manum Domini Abbatis *Altmonis* super altare sancte Marie virginis ad concinnanda luminaria ipsius basilice quam construxerat, astantibus & annuentibus universis fratribus. Ut autem traditio eadem firma sit & rata, in hunc verborum tenorem est prolata ut si quis inposterum Abbas aut aliquis eius officialis hanc infringere conetur, numquam Dei & pie eius genitricis conspectui presentetur, sed cum Herode & Pilato partem habeat & cum Iuda & Caypha in eternum pereat; respondentibus omnibus fratribus: fiat, amen, amen.

Tam futuris quam presentibus continentiam subscripte rei notam facimus: Hartmannus ex familia sancti Stephani *civis* Ratisponensis Abbati & fratribus Deo & sancto Stephano servientibus quinque talenta dedit, eo pacto ut deinceps nullius servicii debitor esset nisi census singulis annis sexaginta numorum, nimirum persolvendum solummodo Domino Abbati aut cellerario; insuper in obitu suo de rebus suis Abbas & fratres iustitiam exigant. Testes de fratribus Abbas Altmo, Hermannus prior, Adilbertus cellerarius, Johannes camerarius, Perhtoldus Elemosinarius, Heinricus Monachus.

Engilmarus de Gunzinhusen curtiferum apud Ehingen tradidit ad altare sancti Stephani cuius ipsum curtiferum fuit. Testes, *Liutoldus de Hagenowe, Chuonrad de Risin, Engilmarus delegator.*

Oudalricus de Purchusen prediolum emit apud Ellenpolberch quod in manus *Dietpoldi de Wippenhusen* delegavit; defuncto autem

Oudal-

Oudalrico, Dietpoldus predictum prediolum ad altare sancti Stephani delegavit pro remedio anime predicti Oudalrici & omnium parentum suorum. Testes, *Liutoldus de Haganove, Dietpoldus & filius eius Friderich de Wippinhusin, Heinrich de Jorze, Otto de Gramilingen, Aschwin Tapeciarius, Gelphrat de Frisinga, Ainwicus & filii eius Otto & Rapoto de Ouste.*

Hedinricus de Ismanningen delegavit hubam apud Walde ad altare sancti Stephani pro remedio anime *Sigifridi de Walde*, cuius fideiussor fuerat & cuius ipsa huba fuerat. Testes, *Dietpoldus de Wippinhusin, Hedinricus delegator & frater eius Geroldus de Ismanningen, Engilmarus de Hernhusen.*

Presentes & futuri sciant universi *Richerum de Frisinga* predium in Altheim habuisse; hoc delegavit in manus Hartwici qui fuit filius patrui sui, hoc pacto ut ipsum predium uxori sue *Hiltigarde* quousque ipsa vivet, conservaret; & postea pro remedio anime sue & parentum suorum ad altare sancti Stephani delegaret. Ipse vero Richerus infirmitate preventus, *licentia accepta ab uxore*, Monachum se fecit & obiit, & fratres sancti Stephani predium dictum ab Hildigarda XVI. talentis redemerunt, & nondum facta delegatione ad altare possederunt. Hiltigardis autem capiens alium maritum post aliquos annos cum ipso in Monasterio sancti Stephani seculo renuncians est conversa, & prefatum Hartwicum de fide monuit & rogavit ut delegationem predicti predii faceret, quod & fecit. Testes, *Kuonradus Comes de Mosburch, Fridericus Coph, Hartnit & frater eius Perhtoldus de Frouwenhoven, Alban de Elckbach, filius fratris ipsius Albanni Otto, Heinricus de Alhershusen, Hartwicus delegator, Heinricus Humblare, Chuonrat de Pizze, Chuonradus de Lonken.*

Noverint universi fideles presentes & futuri *Ottonem de Gisilbach* predium in Ringoltestorf habuisse delegatum in manus *Ottonis Cophes*. Idem Otto de Gisilbach cum uxore sua *Hildegarde* seculo renunciantes, in Monasterio sancti Stephani sunt conversi; itaque predictum *Ottonem Chöpf* de fide monentes rogaverunt, ut prefatum ad altare sancti Stephani delegaret. Hanc delegationem fecit coram subscriptis testibus idem *Copf*, *Otto Copf*, *Herman de Tanne*, *Friderich de Gunzilhoven*, *Heidiuricus de Haimishusen*, *Werinherus de Zoler*, *Chunradus de Biingin*, *Rudegerus de Deorfen*, *Wolfherus de Holzhusen*, *Fridericus de Gehenstorf*, *Chunradus*.

Noverint omnes quod *Hartmannus & filii eius* in loco qui dicitur *Cheller* apud Pozen a fratribus nostris XIIII. solidos acceperunt, & abdicationem fecerunt vinee quam matertera Hartmani Hadmut dicta sancto Stephano dedit. Testes sunt, *Wopho Plebanus & filius eius Heinrich*, *Irminstain de Russen*, *Heinricus de Cheller*, *Hartmannus & filii eius Chunrat de Naters*.

Noverint universi *Wolvoldum de Ried in ipso loco* duas curias sancto Stephano dedisse temporibus Erchingeri Abbatis, ut in precedentibus invenietur. Post mortem vero ipsius Abbatis & Wolvoldi, cum relligio in Wihensteven pene defecisset & pauci Monachi ibi essent, nec aliquis advocatus locum defenderet, tres germani de Sindoltingin de genere Wolvoldi nati, predictas curias hereditario iure sibi vendicaverunt. Ex his unus in aqua est submersus, secundus occisus, tertius *Karolus* dictus ad mortem suam ipsas curias habuit: ante autem quam moreretur temporibus Ottonis Episcopi, monasticus ordo cepit sub Sigmaro Abbate reformari, & fratres de predicta invasione coram Duce Heinrico, bis querimoniam habuerunt, licet Karolus ad responsum non venerit. Interim Dominus Dux Heinricus & Otto Palatinus advocatus no-

ster

ſter cum Domino Imperatore Friderico in Longobardiam perrexerunt, *iudicio Comitie a Duce Heinrico & ab Ottone Palatino interim* quousque *reiterentur Dittrico de Sibtingen* commiſſo. Predictus vero Karolus mortuus eſt; cui fratres cum Friſinge ſepeliri deberet, ſepulturam interdixerunt, uxor autem eius fide data ſpopondit ſe in loco Karoli in omni iudicio quod deberet reſponſuram. Igitur coram iudice Dietrico fratres predictas curias retinuerunt. Domino autem Duce Heinrico reverſo ipſa mulier conqueſta eſt ei, iniuſto iudicio a curiis dictis ſe alienatam, quod & iudicatum eſt non debuiſſe fieri de hereditate, preſertim cum *Dietricus legitimus Comes* non fuerit. Itaque Dux ipſam cauſam iudicio *Domini Ottonis commiſit*, & fratres coram eo data ſententia curias retinuerunt. Ex conſilio autem Domini Ottonis Palatini fratres mulieri octo talenta dederunt, que iuravit ut *Karolum* filium ſuum qui adhuc lactens fuit, efficeret ut abdicationem ſupradictarum curiarum faceret cum ad legitimos annos veniret; ſed iuramentum non ſolvit. Qua propterea miles cum factus fuiſſet, monaſterium noſtrum depredatus eſt, uno anno karradam vini & ſaginam, altero anno in quatuor curiis Ubermuſſe & Eskelbach novem equos & XL. boves, XII. ſolidos & meliores veſtes hominum qui fuerunt ibi. De quibus omnibus cum nullus nobis exhiberet iuſticiam, in magnam expeditionem Ieruſalem ſe ſignans, XII. ſolidos & indulgentiam predicte prede ab Abbate Altumone Ratiſpone accepit, & abdicationem ſupradictarum curiarum fecit coram Domino Ludewico Duce, & ſubſcriptis teſtibus: in primis ipſe *Dux Ludewicus*, *Fridericus Palatinus*, *Otto Palatinus*, *Adelbertus Comes de Pogen*, *Heinricus Comes de Plagen*, *Heinricus de Cholenbach*, *Ratoldus de Nidekke*, *Perktoldus de Eskelbach*, *Werinherus Aitirſtain*, *Hermannus de Paſtberch*, *Grimolt de Priſingen*, *Chunradus de Humbel*.

Notum facimus tam futuris quam presentibus, quod *Ludwicus Vertinch de Urholcen* & uxor eius *Gerbirch* tradiderunt ad altare sancti Stephani protomartiris unam curiam in Scambach ut precedentibus habetur. Filii autem eius quinque & una filia dixerunt *ipsum predium hereditatem suam* esse. Postea Ludwico mortuo uxor eius & tres filii *Ruodolfus*, *Ludwicus*, item *Ludwicus & filia Perhta* corpus defuncti ad nos deportaverunt, quod honorifice sepelivimus. Ex hinc mater *Gerbirch* ipsum predium quod in possessione antea non habuimus, in possessionem nobis dedit tribus filiis predictis, tactis sanctorum reliquiis, hoc collaudantibus & abdicationem facientibus. Filia autem eius similiter facere nolens ab altari recessit, & delegationem non interdixit, mater autem predium illud ad vitam suam recepit ad censum unius modii siglinis, singulis annis dandum. Testes, *Nortpertus de Sentlingen & filius eius Kuonradus*, *Adeloldus de Dornibach & filii fratris eius Heinricus*, *Eberhardus*. *Eberhardus Chast*; *filii Ludwici predicti tres*, *Ruodolfus*, *Ludwicus & Ludwicus*, *Ott de Perloch*, *Kunradus de Mosburch*, *Hartmannus de Heidolfingen*, *Ruodolfus de Waringau*, *Arnis de Maisa*, *Kunradus de Wageheringen*. *Heinrich* autem filius eorum abdicationem ipsius predii non fecit, sed postea coram Domino Ottone Episcopo Otenburch, pro duobus talentis fecit istis testibus presentibus, *Heinrich Felix puer*, *Adelolfus de Dornibach*, *Dietpoldus de Wippenhusen*; *Engilmarus de Gunzenhusen*, *Meinhardus de Hage*, *Lampreht & frater eius Heinrich de Kienberch*, *Hartwicus de Pasingen*, *Uodalrich Vertinch*, *Ludowicus Vertinch*.

Presentes & futuri cognoscant, quod fratres sancti Stephani in Wihensteven Udalrico Ratisponensi & uxori sue Hailken, Gothscalcho quoque filio eius, aream Ratispone ad vitam illorum concesserunt: hoc pacto ut domum super lapideam structuram, que fuit in ipsa area, infra tres annos edificarent, & singu-

singulis annis LX. nummos fratribus ad censum darent. Testes, *Roudigerus servulus, Perhtoldus Frisingensis, Dietmarus Salzman, Udalricus de Chambe, Diethpoldus de Champ, Fridericus de Chambe, Perhardus Fugere, Marquardus Priuowe.*

Pie memorie *Juta felix mulier* uxor *Heinrici felicis pueri* tradidit tertia die post obitum mariti sui in extremis posita, predium quod in Riemen paterno iure possederat sancto Stephano absque omni contradictione, presentibus Chunrado cellerario & Chunrado parrochiano de Adelhershoven, pro remedio anime sue & mariti sui & omnium parentum suorum. Testes, *Luitpoldus de Otenpurch, Eberhardus & filius eius Eberhardus de Veltmochingen, Geroldus de Gunzenhusen, Paldwin de Wihensteven.* Cum vero mortua esset, sepulta est in claustro sancti Stephani, ibi mater eius cum duobus filiis suis *Perhtoldo & Ottone* predium absque omnium contradictione ad altare sancti Stephani delegaverunt pro redemptione anime sue & mariti sui & omnium parentum suorum; ut in anniversario ipsius ex eodem predio servitium detur fratribus & anima eius in celis letetur. Testes idem, *Perhtoldus & Otto de Frawenhoven, Hainrich Erhebizze de Gutenehusen, Liupolt de Gunzenhusen, Willehalm de Vergin, Isinrich de Gisindorf, Eberhart de Veltimochingen, Hartman de Frisingen, Liutolt de Otenpurch, Hainrich de Wiezze, Hainrich de Tepping, Gerolt de Gunzenhusen, Perhart de Gigare, Albertus de Fils, Otto de Frowenhofen.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod Domina *Heilwich de Purchrein* tradidit Deo & sancto Stephano in Wihensteven predium quoddam in Uzingen, pro remedio anime sue & mariti sui *Ottonis Chophes* nuper de medio facti, cum consensu filii maioris *Ottonis*, ut fratribus ibidem Deo servientibus pleniter de-

ſerviat. Teſtes, *Otto filius eius, Roudigerus de Celle, Ott de Rote, Hermannus de Tanne, Chounrat de Roſenberch.*

Hartnit de Vrowenhoven in extremis poſitus graviſſima eſt infirmitate detentus. Igitur mortem vehementer timens, ex conſilio amicorum ſuorum predium quod habuit in Arbendorf ſancto Stephano delegari rogavit, quod illic ſepulturam habere debuit. Factum eſt autem cum mortuus eſſet, amici eius in Wihenſteven convenerunt & amicum ſuum honorifice ſepelierunt. Poſtea vero accedentes ad altare ſancti Stephani *Irmingart* mater eius & *Perhtoldus* & *Otto* filii ſui predictum predium illic ſancto Stephano delegaverunt, hoc pacto ut ſingulis annis in anniverſario ipſius ſervitium fratribus impendatur. Hoc fratribus placuit & in ipſa die pro anima eius & omnium parentum ſuorum ipſius ſe Deum exorare ſpoponderunt. Teſtes, *Adilbero Comes de Sigingen, Meginhardus de Steinbach, Grimolt de Priſingen & eius milites Gerolt, Ainwic, Perhtolt: Perhtoldus de Vrowenhoven & eius frater Otto, Ortolf de Hartinchaim, Gebehart de Tegrinbach, Sigifridus, Hartwith, Hainricus de Erphenprunnen, Iſinricus de Tanne, Guntherus de Iſenpach, Engilwan & eius frater Hainrich de Ahedorf, Eberhart de Suæbingen, Eberhart de Ahaim, Iſinricus de Giſindorf, Ekkehart de Vrowenhoven, Willehalm de Vergin, Hainrich & eius filii Hainrick, Chuonrat de Adilhershuſen, Hartman de Friſinga.*

Notum ſit omnibus quod ego *Adilbero* & uxor mea *de Gailingen* delegatorem noſtrum *Diepoldum de Pergangel* in fide ſua monuimus, quatenus noſtros reditus in manus *Taginonis de Vagin* delegaret: predium videlicet in Natris, item duo predia in Tiſenhoven & Ehmoutingen. Hoc fecit iſto pacto, ut ad altare ſancti Stephani in Wihenſteven ipſa predia poſtea delegaret.

Poſt

Poſt huius modi delegationem recepimus ad vitam noſtram predium in Sewen & Ehmotingen, & Gaballum pro quatuor talentis ut his omnibus ad vitam noſtram libere utamur, & cum obierimus omnia redeant in uſus fratrum Monaſterii. Et hec huiusmodi eſt confirmatio traditionis, quod fratres habent *camerale beneficium* de eisdem reditibus & lagenam vini & poſſeſſionem in villa Tiſinhoven nuncupata. Teſtes, *Dietpolt de Pergangel*, *Walther & frater eius Wolfſrigil de Gailingen*, *Eberhart & Haimo de Perdirſtorf*, *Durinch de Holzkirgen*, *Pernhart & Iſinhart de Prunnen*, *Ruodolf de Piricb*. Mortuo autem Taginone nondum facta delegatione in Natris, filius eius *Perhtoldus* ei ſucceſſit in delegatione. Hunc fratres ut delegationem faceret rogaverunt, & obtinuerunt: nam ſequenti die veniens ad altare ſancti Stephani delegationem fecit in redemptionem anime Adilberonis & uxoris ſue & omnium parentum ſuorum. Teſtes, *Perhtolt de Vagine*, *Meginhart & eius miles Sigihart de Stainbach*, *Otto de Richolfſtorf*, *Liebhart Chaſt & eius miles Dietrich*, *Hainrich de Paſingen*, *Eberhart de Suabingen*, *Siboto de Chamere*, *Egilolf de Paſingen*, *Hainrich de Adilhershuſen*, *Hainrich de Wizze*, *Chunrat de Wunenhoven*, *Goteſchalch de Valchenſtaine*, *Hainrich de Giſingen*, *Adilbero de Rotenbach*, *Hainrich ſervus Domini Libardi Chaſlin*, *Adilpertus Stroze*.

Noverint omnes tam preſentes quam futuri qualiter *Otto de Frawenhoven* miniſterialis Ducis predium ſuum in Haidolvingen tradidit ſuper aram ſancti Stephani protomartiris in Wihenſteven, preſente & conſentiente *Perhtoldo fratre* ſuo: ita tamen, ut idem predium ipſe Otto detineret quam diu viveret ad perſolvendum inde annuatim cenſum XXX. denariorum: poſt obitum vero ſuum idem predium fratribus in Wihenſteven poteſtative deſerviat. Huius rei teſtes ſunt, *Perhtoldus de Vrawenhoven*, *Iſuricus de Giſindorf*,

findorf, Pernhardus Gier, Chounradus Sappe, Heinricus, Ruodigerus de Wartinperich, Gotfridus Prepositus Episcopi, Oudalscalcus & Walterus frater eius de Zollingen.

Noverint omnes tam presentes quam futuri, quidam *Erwinus* nomine de familia Ecclesie sancti Stephani ad Pozzen constitutus in extremis agens, tradidit sancto Stephano & fratribus in Wihensteven predium suum in Crucen, quod filius eius Adalbertus eo defuncto delegavit ad altare supradicti martiris fratribus ibidem Deo famulantibus perpetuo serviendum. Testes sunt, *Albertus de Pozzzen &c.*

Num. XIII. Sub Abbate Eberhardo I. 1197. - 1219.

Notum facimus omnibus scire volentibus, qualiter Dominus *Eberhardus de Werde*, datis XIII. talentis, curtem unam ad Percham ab Abbate Eberhardo & fratribus in Wihensteven obtinuit ad tempus vite sue & uxoris sue, si non prius altro dimiserit, & si eo obeunte illa alium maritum duxerit, curtis ipsa omnino libera remanebit. Acta sunt hec sub testamento venerandi presulis Frisingensis Ottonis & confirmata. Testes, *Eberhardus predictus Voudalrich de Vettingen, Sigh. de Hellenchouven, Adolfoldus de Dornibach, Vodalrich de Berge, Heinrich de Wippenhusen, Sighart & Chreimbech, Allabanus de Ellbach.*

Omnium Christi fidelium notitie pandimus, qualiter Uolricus civis Rationisponensis domus possessionis sancti Stephani Wihensteven quam prius Perhtoldus Frisingensis possederat, coram Abbate & fratribus predicti claustri conquisivit, datis tribus talentis ad tempus vite sue, & filii sui Ruodigeri & filie sue

Kune-

Kunigunde ad cenſum dimidii talenti annuatim perſolvendum. Teſtes, *Erus Plebanus ſancti Albani*, *Ruodigerus Wahtmagiſter*, *Altmannus de civitate*, *Friderich Sneke*, *Hartmann Salzhere*, *Grimoldus de Linten*, *Dietmarus Saltzhere*, *Walchuon Haemel*, *Timo Littchouſare*, *Reinhardus Wingebe*, *Volchmar*, *Richalm Lietchouſare*, *Heinrich Smezzer*.

Notum ſit cunctis preſentibus atque futuris qualiter *Heinrich* cognominatus *Planc* miniſterialis ſancte Marie Friſingenſis, veniens in Wihenſteven inpetravit ab Abbate Eberhardo & fratribus eiusdem Monaſterii, dimitti ſibi curtem unam in Dahsmuotingen ad tempus vite ſue, & uxoris ſue *Alheit*: datis pro hoc XXVI. talentis, ad cenſum decem denariorum annuatim inde perſolvendorum. Ita tamen ut poſt mortem amborum in proprietatem Monaſterii rediret. Idem autem Heinrich tradidit coram predicto Abbate predium ſuum Giſilbach dictum cum delegatore eiusdem predii *Heinrich de Pacharn*, quod tamen predium uxori ſue quam diu ipſa viveret dederat: illo autem mortuo, ea cum delegatore ad Monaſterium veniens predictum predium Giſilpach abdicavit & ſancto Stephano delegari rogavit. Teſtes, *Heinrich Dencheim*, *Ulrich de Burinbach*, *Heinrich de Pacharn*, *Heimo de Haſelbach*, *Perhtoldus de Chazpach familiares*.

Omnium preſentium & futurorum memorie commendamus quod quodam *Heinrich de Gundilchoven* ſubito occiſo & apud nos ſepulto, uxor eius vidua una cum filio ſuo *Luitpolda* tradiderunt ad altare ſancti Stephani in Wihenſteven predium ſuum coram Abbate Eberhardo in Richerſtorf, ſupra Legenhat, pro remedio anime eiusdem mariti ſui & omnium parentum ſuorum. Teſtes, *Liuboldus filius eius*, *Herbordus frater eius*, *Uolricus Friſingenſis*.

Noverint omnes Christi fideles, quod Dominus *Sigefridus* cognomine *Chopf* ministerialis Domini Ludewici Ducis Baioarie, pro remedio anime sue & fratris sui & omnium parentum suorum tradidit predium suum in Harde, per manum eiusdem Ducis advocati nostri, in manus Eberhardi Abbatis, sancto Stephano & fratribus eiusdem loci perpetuo deserviendum: quam tradicionem fecit cum esset Dux idem Frisinge in domo Ulrici Snodin. Huius rei testes sunt, *Otto & Heinricus de Purchrain filii fratris eiusdem Sigefridi, Ulricus Judex de Valchenperch, Rapoto de Gundingen, Heinricus de Chramichsperch, Ulricus de Toufchirchen, Ruodpertus de Aschmutingen, Routpertus de Richerspuren, Heinricus iudex in civitate.*

Noverit universalitas in Christo fidelium tam futuorum quam presentium, quod quidam ministerialis Ludovici Ducis Bawarie nomine *Grimolt de Liten* crucis karactere signatus *ad sanctum* sepulchrum transferendus, predium suum in Spidenhusen per manum Ducis advocati nostri in manus Abbatis Eberhardi ad deserviendum sancto Stephano, & eiusdem loci fratribus in perpetuum delegavit: verum hoc factum est astante Domino Episcopo Ottone in choro maioris Ecclesie Frisinge. Testes, *L. Dux, O. Episcopus, Otto felix puer, Fridericus in Angulo, Pabo, Otto de Mosin, Radoldus de Chagen, Grimoldus de Prisingen, Volricus de Schrovenhusen, Eberhardus de Chelheim, Heinrich de Pasingen, Sigehardus de Chiemperc, Heinrich de Wippenhusen & pater eius, Heinrich de Alhersh. & filius eius Kunrat, Walchuon de Paumkarton, Kuonrat Camerarius Episcopi.*

Noverint omnes presentes & futuri, quod quidam nobilis *Dietricus de Mosen* iturus in expeditionem cum Domino suo Duce Bawarie, tempore cismatis quod fuit in regno sub duobus regibus,

bus, veniens in Wihensteven tradidit eidem Monasterio coram Abbate Eberhardo avunculo suo curtem unam in Leren, cum viro qui super eadem curte manebat, nomine Chuonrado cum uxore & liberis eiusdem viri: eo tenore ut si ipse Dietricus absque legitimo herede obierit, predictum predium fratribus in Wihensteven perpetuo deserviat. Testes ipse *Dietricus*, *Eberhardus miles eius de Miltenstein*, *Pilgrimus de Rote*. Evoluto ergo tempore exiguo, isdem Dietricus extremitate temporum actus mortique contiguus, eandem curtem in possessionem Ecclesie nostre absolute delegavit; alia superaddita in loco qui Aiche dicitur, quam *Leukardi* uxori sue ad censum XXX. denariorum ad indicium proprietatis nostre annuatim persolvendum quoad usque vixerit, deputavit; sed definito consilio prenominata coniux eius, quo facilius quam verebatur controversie abigeret repagulum, utriusque possessionibus ad aram sancti Stephani protomartiris delegatis, censum ipsum presentialiter exhibuit. Testes huius rei sunt, *Adalbero de Prukeberch*, *Otto filius Pernhardi Comitis*, *Oudalricus de Lapide*, *Eberhart de Miltenstein*, *Dietricus miles supradicti Dietrici de Leren*. Paucis itaque interiectis diebus, dum exequias eius propter instantis werre calumpniam dilatas plenius exegimus, in Lodewici Ducis Baioarie presentia, ipsa hec omnia propalando sub inscriptis testibus confirmavit. Testes ipse *Dominus Dux Ludewicus & eius ministeriales*, *Grimolt de Prisingen*, *Oudalricus de Scrovenh*. *Oudalricus iudex de Valchenberch*, *Ludewicus iudex de Wartenperch*, *Otto Coph*, *Chounradus Gwre & eius filius*, *Eberhardus de Miltenstein*. Postmodum cuiusdam *Ottonis* ministerialis Ducis sortita conubium, curtem quam ad censum receperat eo tenore resignavit, quatinus in prioris mariti anniversario toti congregationi solatium impenderetur. Testes, *Sifridus Choph*, *Otto Choph maritus eius*, *Perhtoldus & filii eius Sifridus*, *Heinricus de Erphenbrunne*, *Sighardus de Hitenwurt*, *Eberhart de Perchusen*, *Chounrat de Perchusen*.

Noverint omnes tam presentes quam posteri, qualiter Eberhardus Abbas Monasterii sancti Stephani in Wihenstevên, cuidam militi nomine *Sighardo de Hittenvurte* predium Ecclesie nostre in Heidolfingen quadraginta talentis, ea conditione invadiaverit, quod per decem annorum curricula nulla solutionis facultas suppeteret: decursa vero prefixa temporum quantitate, triginta quinque talentis, subtractis quinque residuis, liberum solvendi pateret arbitrium; si autem ipse absque legitimo herede vita decederet, denominatum predium licet insolutum, usui nostro perpetim deserviret. Huic sententie utrisque concordantibus, Domini Ottonis Frisingensis Episcopi nec non Ludewici Ducis Baioarie presentia in eadem Frisingensi matricula confirmatur. Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini MCCIII. Testes, ipse *Dominus Otto Episcopus*, *Ludowicus Dux*, *Otto de Mosen*, *Perhtoldus de Vagen*, *Volmarus de Wicershoven*, *Hartwicus & filius eius Otto de Richolstorf*, *Fridericus de Swabingen*, *Sifridus Chopf*, *Grimoldus de Brisingen*, *ipse Sighardus*, *Heinricus Judex*, *Chuonrat de Packarn*.

Noverint universi fideles, quod quidam Heinrich de familia sancti Stephani protomartiris quendam proprium famulum suum nomine Dietmarum, dato sibi pretio sexto dimidio talento ab eodem supradicto, Heinrich ob redemptionem sui a servitute sua liberum dimisit: hac scilicet conditione, ut super altare predicti martiris in Wihensteven ad censum V. denariorum persolvendum traderet eum, que traditio facta est presente Domino Abbate Eberhardo. Testes, *Coppoldus de Stovun*, *Williholdus Zolling*, *Merboto*, *fratres Ruodolf*, *Heinrich de Eskilpach*.

Tam futuris quam presentibus continentiam subscripte rei notum facimus. Quidam canonicus Ecclesie sancti Viti nomine Albertus

Albertus, quem etiam in consortium nostre fraternitatis unanimiter recepimus, emit a nobis quoddam predium in Aslaicheshusen situm. cum omnibus attinentiis suis, pro quinque talentis Ratisponensis Monete, Domino Eberhardo venerabili Abbate totoque fratrum conventu presente & eidem contractui concorditer assensum prebente. Prenominatum vero predium per manus Domini Eberhardi venerabilis Abbatis statim ad altare sancti Stephani delegavit: eo pacto, quod annuatim quoadusque vivat, in festo sancti Martini V. denarios inde percipiat; post mortem autem eius in anniversario depositionis sue, tam fratribus quam sororibus de reditibus predicti predii in Aslaich servitium in pane & vino perpetim impendatur. Verumtamen ipse quam diu vixerit idem solatium, videlicet in pane & vino, de propriis sumptibus tam fratribus quam sororibus in signum vere fidei ac plenitudinem dilectionis in festo beate Agate, nisi urgentissima necessitate prohibeatur, exhibebit. Testes huius sunt, ipse *Dominus Abbas*, *Hermanus*, *Gerungus*, *Perhtoldus &c.* Facta sunt autem hec anno ab incarnatione Domini MCC. quinto IIII. idus Nov.

Anno ab incarnatione Domini MCCVIII. pridie Kal. Marcii Dominus Eberhardus venerabilis Abbas de communi consensu & voluntate fratrum, certa quantitate pecunie data, Ruodigero puero, magistri Alberti cognato, prebendam contulit eo modo, quod istic stare debeat sine Monachali habitu per decem annos; expletis vero X. annis monachalem habitum reverenter si voluerit assumat, si vero renuerit absolutus ab hoc loco libere recedat. Huius rei testes sunt, ipse *Eberhardus Abbas*, *Hermannus Prior &c.*

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris ad quos presens pagina pervenerit, quod ego Eberhardus Monasterii in Wihensteven Abbas licet immeritus, concordante universitate capituli nostri, ad peticionem Domini Heinrici Frisingensis Ecclesie plebani, *Adelheidi filie Kuonradi de Pacharn* prebendam ut ceteris dominabus in Wihensteven quo habitu voluerit & quando voluerit sumendam usque ad consumationem vite sue assignavimus. Contulimus etiam ad instantiam eiusdem dilecti nostri parochiani, curiam unam in Pacharn, cum omni decimatione eiusdem ville & quibusdam colonis Heinrico videlicet & couterinis suis, Uolrico cum matre sua & couterinis suis; Domino Parochiano & eidem Adelheidi cum filiis suis *Heinrico*, *Kuonrado*, *Uolrico* perfruendam & cum omnibus adtinentibus, cultis & incultis, possidendam, omnibus generaliter singulariter, usque ad consummationem novissimi, ut sic completis temporum curriculis, eadem possessio cum sua integritate nullo contradicente redeat ad locum unde exivit, sed quoniam ad cautelam retractionis, placuit singula in scriptis redigi & inpressione sigilli nostri muniri. Pro huius autem beneficii collatione iam sepedictus Frisingensis Ecclesie Parochianus de suis facultatibus, domui nostre contulit in argento, in nummis, in victualibus circa quadraginta libris Ratisp. & Karradam vini. Huius rei testes sunt, *Kunradus de Pacharn & filius eius Eberhardus*, *Friderich miles Parochiani*, *Dietmarus de Reinmosen*, *Reinmaldus Furste*, *Ulricus Pochil.*

Notum sit presentibus & sciant posteri, quod Dominus *Perhtoldus de Erphenbrunn*, libere conditionis homo, in extremis suis positus, pro remedio anime sue prediolum quoddam censum trium solidorum persolvens in predicta villa positum, Domino & sanctis eius quorum reliquie in nostro sunt loco, spontanee obtulit;

tulit; filii vero ſui in die depoſitionis eius hoc ordine factum illud confirmaverunt. Nam idem predium in manus Domini Eberhardi Abbatis tradiderunt. Teſtes huius rei ſunt, *Sifridus*, *Hartmidus*, *Heinrich filii eius*; *Heinrich de Ebranſperch*, *Gunth. de Giſenberg*, *Dietricus de Raitbach*, *Chunradus & filius eius Albertus de Tegrinbach*, *Otto de Uottenh. Heinrich & Chunrat de Ode*, *Perhtoldus de Iſenbach*, *Chounrat de Peichenh.*

Ad memoriam preſentium & cognitionem futurorum geſta fidelium Chriſti merito literis memorie adiutricibus committuntur, ne vel tranſeuntium temporum antiquitate in oblivionem deveniant, vel pravorum homiuum fraudulentis machinationibus indignam ſui mutationem incurrant. Sciant igitur univerſi tam future quam preſentis etatis filii, qualiter quidam de familia ſancti Stephani in Wihenſteven nomine *Albertus de Kelr*, non bono zelo ductus, predium quoddam circa Pozanum ſitum in loco qui dicitur a Winkel, ſcilicet unam *peciam* terre, cum vineis & duos agros terre arate, quod nobis pater ſuus Elbibinus & famulus ſancti Stephani tradiderat in extremis ſuis, a nobis abalienare temptavit. Nam illud cuidam Arnoldo civi Pozano pro XII. Marcis ratione pignoris primum obligavit, & deinde pro CC. libris denariorum veronenſium vendidit. Quod ſentiens fidelis & providus cellerarius & confrater noſter Cuonradus, multiformiter nihil de contingentibus omitens laboravit ut illud ab eodem Arnoldo evinceret, & in ius & dominium noſtrum revocaret. Igitur poſt varias attemptationes & multos labores, hoc denique penes predictum Arnoldum obtinuit, ut receptis a nobis XII. marcis, quibus principio ſibi fuit obligatum, illud predium nobis recognoſceret, imo quaſi de novo ipſe Arnoldus illud ſancto Michaeli & ſancto Stephano pro ſalute anime ſue parentumque ſuorum

rum offerret. Ea conditione ut idem *Arnoldus*, & eius uxor *Mina* in fraternitatem noſtram reciperentur, & conſcriberentur, & *ob* hoc reddiderunt nobis inſtrumenta ſue confirmationis. Teſtes ſunt *Albertus & Arnoldus eiusdem Minne filii &c.* Cum autem argentum illud non haberemus, *Hainricus de Zuivilt* Friſingenſis ſcolaſticus nobis ſubvenit, & datis XII. Marcis predium illud ad uſum noſtrum redemit: Tali condictione, ut ei quam diu vivat, cellerarius noſter qualiscunque cum in autumpno de montanis redierit, Karratam vini Bozani ſibi in domo ſua tradat; & hoc pactum ſibi confirmatum eſt laudamento Domini noſtri Eberhardi Abbatis & conpromiſſione omnium fratrum noſtrorum, ſcilicet Hermani prioris Perhtoldi, Herwici prepoſiti ſancti Petri in maderan, Hainrici, Mainhardi, Herbordi, Goteboldi, Eberhardi, Hainrici, Gozwini, Cuonradi, Iſingrimi &c.

Item quia beati ſunt quorum memoria non perit cum ſonitu ſed permanet in eternum; Idem quoque ſcolaſticus Hainricus ad honorem ſancti Michaelis & ſancti Stephani predium in Pretfliez, quod eum in emendo & redimendo XVI. libras Ratisponenſis monete conſtitit, nobis tradidit & ad idem altare delegavit: tali conditione ut ob agendam eius memoriam in eius obitu & omnibus anniverſariis toti Conventui noſtro albus panis & vinum & unum ſpeciale ferculum, ſecundum qualitatem temporis cottidiane prebende ſuperaddatur; & hec utique conditio confirmata eſt laudamento & conpromiſſione Domini noſtri Eberhardi Abbatis, Hermanni prioris, Cuonradi cellerarii & ceterorum ut prius, & totius congregationis; & nobis eorum filiis quique poſt eos hic futuri ſumus neceſſitatem adimplendi eandem conditionem ſua pollicitatione infixerunt.

No-

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod Dominus *Heinricus de Chramsberche* & mater ſua, in preſentia Domini Abbatis Eberhardi, quoddam predium in Rotenbach delegaverunt ſuper aram ſancti Stephani; ita ut poſt obitum predicti Heinrici ſolius, in continuam clauſtri ſervitutem redigatur; & ut illud inſigni teſtimonio confirmaret, predictum predium ab ipſo Domino Abbate Eberhardo in beneficium recepit, de ipſo quinque denarios annuatim in die ſancti Michaelis oblaturus. Huius rei teſtes ſunt, ipſe *Heinricus*, *Richerus de Forze*, *Guontherus de Giſenbahc*, *Gerolt de Ismanningen*, *Diepoldus de Menzingen*, *Kunradus Chorbare*, *Rapoto de Grimershuſen*, *Ulricus Snekke*, *Alhart Chranz*, *Kunradus & Hartwicus de Richkerſtorf*, *Kunradus de Pachenhuſen*, *Heinricus Morhart*, *Fridericus de Peindorf*, *Chunradus de Vilzheim*, *Elſ. de Cholbach*.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod Dominus *Otto de Burcrein* Cyphus cognomine, cum conſenſu uxoris ſue Domine *Liuokardis*, in preſentia Domini Abbatis Eberhardi quoddam predium in Tiuofſtet, pro remedio anime ſue ſucceſſorumque ſuorum, ſuper aram ſancti Stephani delegavit: ita videlicet, ut ſi ipſe prior de hoc ſeculo ad patriam migraverit, vel e converſo ipſa, predictum predium in totalem clauſtri utilitatem redigatur. Ut igitur cauſam illam patenti indicio ſtabiliret, de ipſo predio in beneficium ab ipſo Domino Abbate Eberhardo recepto, quinque denarios annuatim in die ſancti Michaelis ſe ſpopondit oblaturum. Huius rei teſtes ſunt hii, ipſe *Dominus Otto*, *Adeloldus de Marpach*, *Richerus de Forze*, *Heinricus de Chranſperch*, *Guontherus de Giſinbach*, *Hermanus & Engilſcalcus de Lantfritshofen*, *Kunradus de Peichenhuſen*, *Otto de Uotenhoven*, *Ulricus de Hernshuſen*, *Chuonradus de Pahcharn*, *Sifridus filius Shezelini*, *Paldewinus Prepoſitus*, *Ulricus Spiſære*, *Heinricus Cohlb*.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter Dominus *Liutholdus de Haganowe*, homo nobilis prosapie, in lecto doloris sui Otenburc de rebus suis pro remedio anime sue ordinaverit. Tria namque predia per manus Domini Eberhardi Abbatis, annuente uxore sua *Friderun* & filio eius *Ottone*, ad altare sancti Stephani delegavit: unum videlicet predium in Olzenbach, quod adhuc eo vivente in servicium fratrum redegit, ut semper in anniversario eius per reditus inde provenientes ipsis victualium daretur consolatio. Reliqua vero duo predia in Bergistrium predicta uxor sua Domina Friderunis cum filio eius Ottone de manu Domini Eberhardi Abbatis in beneficium recepit; de ambobus censum sexaginta denariorum annuatim in festo sancti Martini se promittens persolvere; quos etiam in instanti persolvit, ut effectus cause firmior esse approbaretur: ita ut post obitum tam eius, quam filii, predicta II. predia in totalem claustri hereditatem succederent. Post sepulturam vero felicis *Lioutoldi*, presentibus tam clericis quam laicis valde idoneis, Dominus Eberhardus Abbas verbo auctoritatis sue traditionem illam cunctis manifestam in publico confirmavit. Huius itaque cause auctorabiliter sic confirmate testes sunt hii, *Otto filius supradicti Luitoldi*, *Chunradus de Harde*, *Gerwicus plebanus de Otenburch*, *Eberhardus de Swabingen*, *Guontherus de Gisenbahc*, *Lambertus de Chinberch*, *Engelmarus de Guonzenhusen*, *Fridericus de Wippenhusen*, *Hartnidus von den Hach*, *Udelscalcus de Volcholtiswanc*, *Heinricus de Chranisberch*, *Sifridus*, *Heinrich*, *Hartnidus tres fratres de Erphenbrunn*, *Chunradus der Pachinhere*, *Eberhardus de Forze*, *Perhtoldus de Isinbahc*, *Goutfridus de Askeringen*, *Otto de Agilsdorf*, *Rapoto de Grimersh*, *Perhtoldus*.

Notum

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod Dominus *Arnoldus in Flinsbach*, uxore ſua Domina *Mahtilde* annuente & preſente, quoddam predium in Winchel pro remedio anime ſue & ſucceſſorum tradidit ſuper aram ſancti Stephani, coram Domino Heberhardo Abbate & fratribus ſuis; recepto ipſo predio a Domino Abbate in beneficium: ita tamen ut annuatim urnam vini de eodem predio perſolveret, & poſt obitum ſuum in totalem clauſtri utilitatem redigeretur. Ut vero magis ratum haberetur, quod fecerat, traditionem iſtam in preſentia Domini ſui Ottonis Friſingenſis Epiſcopi & quorundam miniſterialium denuo confirmavit; delegans in manus Domini *Guntheri* militis *de Giſinbach* ad obſervandum, ut & ipſe poſt obitum predicti Arnoldi idem predium ſuper aram ſancti Stephani finaliter delegaret. Cuius rei teſtes ſunt, ipſe *Albero de Pruchberch*, *Marchwardus de Ouſtairien*, *Pilgerimus de Moſen*, *Gerwicus de Puobenhuſen*, *Guontherus delegator*, *Heinricus de Wippenhuſen camerarius*, *Eberhardus & Fridericus de Swabingen*, *Sighart de Chienberch*, *Geroldus Otto Meink*, *Heinricus*, *Pernhardus*, *Heinricus de Nove*, *Roudolfus de Prunne*, *Gebehardus de Figarten*, *Heinricus de Putelb. Eberh. de Miltenſtein*, *Fridericus de Rotenbach*.

Innoteſcat omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris de concambio celebrato inter Dominum Eberhardum Abbatem ſancti Stephani ſuosque fratres, & Dominum Heinricum prepoſitum de Celle de quibusdam utriusque clauſtri prediis: tria namque predia videlicet Hachtingen, Tiſenhoven, Wetilnchaim Abbas & fratres Wihenſtevenſes aſſignaverunt prepoſito & fratribus de Celle. Econverſo Cellenſes curiam & dimidium manſum in Norderndorf ipſis aſſignari annuerunt. Hoc itaque concambium ſtabitum eſt coram Domino Ottone Friſingenſi Epiſcopo & Domino *Ludwico Duce Baburie & Heinrico Marchione Iſtrie*.

Notificamus presentibus & posteris, quod Dominus *Heinricus de Chranſperch* quoddam predíolum in Gunzinhuſen pro remedio anime Domine *Jutten de Outtenberch* ſocrus ſue, in die depoſitionis eius Deo & ſancto Stephano in preſentia Domini Eberhardi Abbatis ſuper aram tradidit, ad cameram ſororum perpetualiter deſerviendum. Teſtes huius rei ſunt, *Heinrich de Granſperch*, *Hartnidus de Erphenbrunnen*, *Chounrat & filius eius de Tegernbach*, *Chuonrat do Paichenh*. *Guntherus de Giſenbach*, *Rapoto de Grimersh*. *Dietricus de Reith*.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod quedam nobilis matrona *Liukarda* nomine *de Steinbach* in extremis ſuis poſita, quoddam predium quod habebat in Ridingen pro remedio anime ſue ad cenobium ſancti Stephani in Wihenſteven dari diſpoſuit; cuius filius *Pilgrimus* nomine *libere* conditionis homo in die depoſitionis eius idem predium nullo contradicente per manus *Hoholdi de Nideke* ſuper altare ſancti Stephani delegavit. Quoniam ante iam dictum predium pro ſex talentis fuerat poſitum, prefatus Pilgrimus aliud predium quod habebat in Giſenhuſen, Eccleſie ſancti Stephani quoad usque predium illud in Ridingen redimeret, deſervire conſtituit. Eodem die quidam nobilis homo *Meinhardus de Steinbach* quoddam predium quod habebat in Rute pro remedio anime ſue per manus delegatoris *Hoholdi de Nideke* nullo contradicente ſuper altare Stephani tradidit: facta itaque traditione predictus Meinhardus a Domino Eberhardo eiusdem loci Abbate predium quod dederat quousque viveret, in ſuam poſſeſſionem recepit, cenſum LX. denariorum per ſingulos annos de predicto predio redditurus. Hec autem facta ſunt in preſentia Domini Ottonis Friſingenſis Epiſcopi ſecundi & Domini Eberhardi Abbatis in Wihenſteven: utriusque traditionis

tionis teſtes ſunt iſti, *Wernhardus de Starcholtshoven & filii eius duo Heinrich & Albertus, Albertus de Pipinsrieth, Albero de Prucherch & frater ſuus Heinrich, Sigehardus de Hittenvurt, Sigehardus de Khienberch, Heinrich de Wippenhuſin, Ch. de Richkersdorf, Pero de Prucberch, Albertus de Laichelingen, Oulricus & Oulrich & Ch. fratres de Wolmoſa, Fridericus de Rotenbach, Ch. de Vilſe, Wernhart de Rotenbach, Purchardus & Pertoldus de Adelshoven, Lait. & Aribotdus Aheim, Heinrich de Emelingen.*

Preſenti pagina tam preſentibus quam poſteris intimamus, qualiter nobilis matrona *Agnes* uxor *Ottonis Comitis de Gruonenbach* communicato viri conſilio, curtem proprietatis ſue a parentibus hereditarie ſucceſſivam, ſicut habebat in Pondorf, culta & inculta, queſita & inquirenda, ob remedium anime ſue ſuper altare ſancti Michaelis ſanctique Stephani delegavit, fratribus in Wibenſteven ſerviendam. Hac vero ſalubri donatione in preſentia Domini Eberhardi Abbatis peracta, pro cenſu XII. denariorum annuatim perſolvendo eandem curtem tam ipſa quam maritus ad ſuum vivere ſub tali conditione receperunt; ut uno mortuo media pars redituum interim fratribus deſerviat, donec alter ocumberet, aut ſponte dimitteret, & ſic totam quiete preter heredum contradictionem perpetuo poſſiderent. Teſtes ſunt, *Otto de Gruonenbach, Ch. de Lohchirchen, Willehalm de Puoch, Wat de Kekenpiunt, Chunrat & Friderich de Aheim, Eberhart de Zidelarn: de familia noſtra Walth. Schagehut, Sifridus Slathare, Ch. Riedere, Heinrich Cholber.*

In nomine ſancte Trinitatis. Cunctis legentibus hec pagina declarabit, qualiter quedam Matrona *Gouta* miniſterialis Ducis Bavarie, uxor quondam *Heinrich de Chranichperch*, dum eodem

fuerat viduata, curtem ſuam in Otolhuſen a parentibus hereditatam nec marito vel heredibus debitam, ſuper altare ſancti Michaelis & ſancti Stephani delegavit fratribus in Wihenſteven ſerviendam. Facta eſt hec donatio preſentia Domini Eberhardi Abbatis, a quo prenominatam curtem ad ſuum vivere pro cenſu V. denariorum annuatim perſolvendo recepit; ſtatuens cum in uſus Monaſterii cederet, quatenus in feſto ſancti Iohannis ante portam latinam de media parte redituum toti congregationi propenſius ſerviatur, nec non eiusdem Domine Goute anniverſarius de parte reſidua fratribus miniſtrando celebris haberetur. Hoc ſalubre datum ſubſcriptis teſtibus confirmatum, *Winhart de Harte Oulrich de Milta, Ch. de Forze, Otto de Uiethofin, Eberhart de Forze, Deinhart de Forze, Liupolt, Heinrich piſcatores de Varwolthuſen, Heinrich de Utenburch, Otto de Milta.*

Num. XIV. Sub Abbate Ulrico II. 1226.-1251.

Notitie tam futurorum quam preſentium cupimus innoteſcere, quod Dominus *Engilmarus de Otenburch* pro remedio uxoris ſue *Alhaidis* & filii ſui *Liupaldi*, per manus venerabilis Chunradi Epiſcopi hubam in Muoverhingen, quam ab eo habuit in beneficio, nullo contradicente tradidit ad altare ſancti Stephani, coram Domino Ulrico Abbate & fratribus eiusdem Eccleſie.

Ne res geſte propter temporis diurnitatem in oblivionis veniant periculum, follercia hominum ſolet ipſas literali teſtimonio commendare. Proinde notum ſit univerſis hanc literam inſpicientibus, quod nos Ulricus Abbas ſancti Stephani in Wihenſteven communicato fratrum noſtrorum conſilio, neceſſitate compulſi, Herbordo civi Friſingenſi curiam noſtram in Chiemberch pro X. talentis Monacenſis monete & duobus Ratisponenſibus obliga-

ligavimus, ſub hac forma: ut ſoluta ſibi eadem quantitate pecunie in purificatione beate Virginis, in uſus Eccleſie redeat prenominate. Hoc etiam adiecto, ut inſtitutiones temporales in eadem curia per manum noſtram aut ſucceſſoris noſtri fiant; ita tamen ut per hoc nullum damnum noſtra Eccleſia patiatur. Ut autem hec rata permaneant, preſentem paginam ſigillorum noſtrorum munimine volumus roborare. Acta ſunt hec anno Domini MCCL. XIII. Kal. Febr. Indictione VIII.

Num. XV. Sub Abbate Heinrico III. 1251 - 1254.

Notum ſit tam preſentibus quam futuris, quod Ortwinus Canonicus Mosburgenſis & *Ulricus* nepos Domini *Dietmari de Mosburch* curiam in Frinſpach & hubam in Wolfſtorf pertinentes ad Monaſterium ſancti Stephani in Wihenſteven, diu obligatas pro XX. talentis uſualis monete, propriis denariis redemerunt. Nos vero Henricus electus habens adminiſtrationem tam in ſpiritualibus quam in temporalibus a Domino noſtro & venerabili Epiſcopo conceſſam, totusque Conventus cenobii memorati, utilitate Eccleſie noſtre conſiderata, prefatis perſonis O. & U. antedicta predia noſtra conſenſu pari ac unanimi locavimus: tali pacto, ut in ſignum locationis annuatim XII. denariis nobis ſolutis ipſa predia libere quoad vixerint poſſideant & quiete; poſt obitum vero dictorum O. & U. ad Monaſterium noſtrum cum omnibus attinentiis ſine omni redeant impedimento. Ut autem huiusmodi contractus ratus permaneat & inconvulſus, preſens ſcriptum ipſis perſonis ſigillis noſtris volumus roborari. Teſtes, *Fridericus prepoſitus ſancti Andree, Magiſter Rudolfus de Rubelſtorf, Chuonradus Comes de Moſburg, Fridericus Vicedominus Canonicus maioris Eccleſie, Magiſter Heinricus Decanus S. Andree, & confratres noſtri Counradus Prior &c.* Acta ſunt hec anno Domini MCCLIII. XIX. Kal. Ian. Indict. XII.

Num.

Num. XVI. Sub Abbate Ludovico. 1256 - 1261.

Lodowicus Dei gratia Abbas totusque Conventus Ecclesie *in* Wihensteffen; noverint universi quod nos de conscientia & voluntate Domini nostri & illustris Ducis Bawarie, notario ipsius & plebano de Heidolfingen contulimus ad terminum vite sue predia nostra in Sewen: videlicet quatuor curias cum omnibus attinentiis earundem cultis & incultis, quesitis & inquirendis, etiam institutione colonorum in bonis eisdem, & omni alio iure quod de quibuscunque proventibus nobis in eisdem prediis competebat; ut exinde idem H. Notarius nobis quatuor libras denar. Ratisbon. monete singulis annis in festo S. Andree apostoli solvere teneatur, non obstante grandine vel defectu annone, seu etiam diffensione vel gwerre periculis; nisi quantum propter huiusmodi manifesta dispendia sibi de summa predicta per nos favorabiliter & gratanter fuerit relaxatum. Item si non obstante impedimento certo terminum solutionis antedictum idem neglexerit, cadat a iure predictorum bonorum, nisi & hoc ei de parte nostra spontanea condonetur. In huius rei testimonium & cautelam presentem litteram ei dedimus nostrorum sigillorum autentia roboratum.

Dat. apud Wihensteffen anno Domini MCCLVIII. XVIII. Kal. Octobr.

EXPLICIT FELICITER.

MO-

MONUMENTA WEIHENSTEPHANENSIA.

DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

Num. I. Heinricus II. Imp. donat S. Stephano insulam Sahsogane. Ann. 1021.

In nomine sancte & individue trinitatis. Heinricus divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus. Si venerabilibus Ecclesiarum Dei locis quoddam largimur beneficium necessitatesque Ecclesiasticas nostro relevamus juvamine, id profecto & anime & regni nostri saluti provenire non dubitamus. Proinde omnibus Christi nostrisque fidelibus notum esse volumus, qualiter nos ob recordationem & elemosinam divi senioris nostri Ottonis Imperatoris Augusti, ob spem quoque divine remunerationis tam nobis, quam etiam dilecte nostre contectali Chunigunde impetrandam; atque ob fidelissimum venerandi Frisingensis presulis Egilberti obsequium amoremque, dedimus quamdam partem cuiusdam Insule *Sahsonagame* dicte ad Monasterium sancti Stephani protomartiris, in Episcopatu eiusdem egregii antistitis ab eodem presule constructum, fratribusque inibi Christo militantibus, in provincia scilicet orientali, juxta Danubium & in Marchia *Adalberti Comitis* situm & his terminis inclusam. A loco enim *Zunzineſprucca* visum per ripam Danubii usque in locum Orta dictum, & inde usque in silvam quam Hart vulgariter nuncupant

& a supradicto ponte per directum usque in eandem silvam *Hart*, videlicet insulam Sahsonagane quantum subscripto continet termino, & quicquid reliquæ terræ culte vel inculte intra predictum invenitur terminum, cum areis, edificiis, aquis, piscationibus, venationibus, *Zidalvueidis*, pascuis & lignorum incisionibus, omnibus illic habitantibus & quicquid utilitatis inibi poterit inveniri. Ea ratione hanc nostram concessionem sancto Stephano etiam dictis fratribus firmantes, ut nullus Episcopus seu alia quelibet persona potestatem habeat res eas deinde alienare vel auferre. Et ut hec nostre concessionis munificentia omni evo stabili tenore firma & inconvulsa permaneat, hoc presens preceptum inde conscriptum manu propria roborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum Domini Hainrici invictissimi romanor. Imp. Augusti. Guilhelmus cancellarius vice Aribonis Archicapellani recognovi. Dat. XVIII. Kal. Decembr. *Indict. IV.* anno Dom. Inc. MXXI. anno vero Domini Heinrici *II.* regnantis XX. imperii autem VII. Actum apud villam Moasingen feliciter.

Num. II. Concambium cum Ottone I. Epso Frisingensi. Ann. 1143.

In nomine sancte & individue Trinitatis. Ego Otto Dei gratia Frisingensis presul utilitati & commoditati religiosorum consulere volens, quoddam concambium cum Sigmaro Abbate sancti Stephani feci, nostris quidem successoribus futurum utilius eiusdem vero Monasterii fratribus pro locorum munitate commodius. Tribuens eiusdem Monasterii fratribus quidquid in *Vostingen* ad Episcopales reditus pertinuerit, cum nemoribus & pratis ad eandem villam pertinentibus, cum omnibus cultis & incultis, quesitis & inquirendis, cum plena *Hofmarchie & venationis* iurisdictione. Preterea tradidi curtem pontis que dicitur Heyhof, cum omnibus ad eam curtem pertinentibus excepto ponte; quam curtem prius eiusdem

dem fratribus in beneficium conceſſeram. Tradidi etiam prata ultra pontem ſita, omnia videlicet que non beneficiata erant. Econtra prefatus Abbas cum ſuis fratribus in recompenſationem tradiderunt in Geislingen quatuor curtes, cum duobus manſis & dimidio, & apud Humblen dimidium manſum cum omnibus ad hec iure ſpectantibus. Inſuper omnes curtes in Marcelingen, & molendinum & pratum iuxta nemus Pyrcha dictum & in Mosburg domum cum fundo. Poſtea ut ſcandalum tolleretur inpoſterum, propter ſtabilitatem concambii remiſerunt predicti fratres prata altra Iſeram, que vulgariter Widerlon dicuntur. Preter ſupta dicta predia tradiderunt iidem fratres curtem Aſchinhauſen dictam iuxta ſtagnum Wirmſee, cum pratis & nemoribus ad hanc ſpectantibus. Ego vero eisdem fratribus denuo remiſi ius venandi in campis, pratis, nemoribus ad Vottingen pertinentibus, ſicut mihi & noſtris anteceſſoribus uſui erat; una cum prato quod ante dederant iuxta nemus Pyrcha ſitum. Hec autem commutatio legitime confirmata eſt, preſentibus, & aſſenſum prebentibus de clero Nothaldo Prepoſito, & Chunnone Decano, Herando Archidiacono, Heinrico Prepoſito, Wichmanno Prepoſito, Engelſcalco Scolaſtico cum ceteris matricis Eccleſie canonicis. De Laycis nobilibus *Arnoldo Comite de Dachove*, *Ottone de Irrungſpurg* & aliis pluribus. Hoc concambium celebratum eſt anno ab incarnatione Dominica MCXLIII.

Num. III. Confirmatio regia Concambii. Ann. 1143.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Chonradus divina favente clementia Romanorum Rex ſecundus. Religioſorum petitionibus aures adcommodare pietatis, & que ad cultum Dei pertinent ſummo benevolentie ſtudio promovere, regie liberalitatis eſt, cuius honor iudicium diligit, unde in eterna vita condignam bone mercedis retributionem, & in temporalis regni adminiſtratione glo-

riam nobis accreſcere confidimus. Ea propter omnium tam *futu*rorum quam preſentium noverit induſtria, quod vir venerabilis Otto Friſingenſis Eccleſie Epiſcopus noſter Germanus, celſitudinem noſtram adiens, humiliter petiit, quatenus concambium quod inter ipſum & Sigmarum venerabilem Abbatem Eccleſie ſancti Stephani protomartiris de quibusdam poſſeſſionibus factum eſt, noſtra regia auctoritate confirmaremus. Dedit autem idem venerabilis Epiſcopus Otto prefato Abbati eiusque ſucceſſoribus villam que dicitur Vettingen cum omnibus ſuis pertinentiis venationibus & curtem unam que dicitur Heyhof, & alia plura, Pro quibus a prefato Abbate recepit poſſeſſiones ſubſcriptas, id eſt Geislingen, Marcelingen, unacum molendino & una curte Wermenſe; item dimidium manſum apud Humlen & curtem unam in Moſpurg &c. Nos igitur petitioni utriusque aſſenſum prebentes, decernimus quatenus prefatas poſſeſſiones in immobili ſtabilitate Friſingenſis Epiſcopus qui pro tempore fuerit teneat, utatur, ac diſponat, & Abbas quoque Eccleſie ſancti Stephani prefatas poſſeſſiones ſub ſue dominationis iure obtineat, quatenus de his omnibus legitima transactio facta eſt coram nobis. Ut autem huius noſtre confirmationis pagina firma & inconvulſa omni deinceps tempore permaneat, ſigilli noſtri impreſſione eam ſignari iuſſimus, manuque propria corroborantes, idoneos teſtes ſubnotari fecimus, quorum nomina hec ſunt. *Fridericus Magdeburgenſis Archiepiſcopus, Egilbertus Babenbergenſis, Embrico Wirzebergenſis, Heinricus Ratisponenſis, Buggo Wormacenſis, Sifridus Spirenſis Epiſcopi, Conradus Marchio, Albertus Marchio, Otto Palatinus Comes de Wittelinesſpach, Fridericus Ratisponenſis Advocatus, Geverhardus Comes de Sulzebach, Fridericus Dux Suevorum, Gotfridus Prefectus in Nurinperch.* Signum Domini Cunradi romanor. Regis ſecundi anno Dominice Inc. MCXLIII. Indictione ſexta, Regnante Chonrado romanor. Rege ſecundo, anno vero Regni eius ſeptimo. Datum in Babenberg in Chriſto feliciter.

Num.

Num. IV. Privilegium Eugenii III. P. M. Ann. 1145.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Sigmaro Abbati Monaſterii ſancti Stephani Friſingenſis, eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Quoniam ſine vere cultu religionis nec caritatis unitas poteſt ſubſiſtere, nec Deo gratum exhiberi ſervitium, expedit apoſtolice auctoritati religioſis perſonas diligere & earum quieti auxiliante Domino providere. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus annuimus, & prefatum ſancti Stephani Monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus: ſtatuentes ut quascunque poſſeſſiones in preſentiarum iuſte & canonice poſſidetis, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, preſtante Domino poteritis adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis exprimenda duximus vocabulis: Monaſterium beati Stephani cum poſſeſſionibus & omnibus appendiciis ſuis, Eccleſias, decimas, poſſeſſiones, beneficia miniſterialium, que vobis a venerabili fratre noſtro Ottone Friſingenſi Epiſcopo & predeceſſoribus eius ratiobiliter conceſſa & data ſunt, concambia, que inter vos & eundem Epiſcopum veſtrum de Vöttingen, & alios rationabiliter conceſſa & facta ſunt. Prohibemus inſuper ut nullus poſt factam profeſſionem, absque Abbatis & fratrum ſuorum licentia ab eodem Monaſterio preſumat recedere: ſepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut illorum qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, devotioni, & extreme voluntate (niſi forte excomunicati ſint) nullus obſiſtat, ſalva iuſticia matricis Eccleſie. Sane laborum veſtrorum quos propriis manibus colitis, ſive de nutri-

mentis animalium veſtrorum nullus clericus vel laicus a vobis decimas exigere preſumat. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbate, vel quolibet tuorum ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hunc locum temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: ſalva ſedis apoſtolice auctoritate & Dioceſani Epiſcopi canonica iuſtitia & reverentia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona huius noſtre conſtitutionis paginam, ſcienter contra eam venire, tentaverit, ſi ſecundo tertiove commonita *reatum ſuum* congrua ſatisfactione non correxerit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Domini & redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loci ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant amen. Ego Eugenius katholice Eccleſie Epiſcopus SS. Ego Humbaldus Presb. Card. SS. Ioannis & Pauli SS. &c. Dat. Vetralle per manum Saberti S. R. E. Presbiteri Cardinalis & Cancellarii VII. Id. Decembr. Indict. IX. anno Incarnat. Dominice MCXLV. Pontificatus vero Domini Eugenii Pape III. anno primo.

Num.

Num. V. Jus braxandi cereviſiam in Wetting. 1146.

Nos, Otto Dei gratia Friſingenſis Epiſcopus, antiquitus minime latet Monaſterium ſancti Stephani protomartiris, extra noſtros muros Friſingenſes, non tamen iure communi, verum a noſtro anteceſſore Fel. recordationis Egilberto fundatore nec non ſuis ſucceſſoribus Eccleſie noſtre Friſingenſis Pontificibus, etiam & Imperatoribus romanis & alis principibus, apoſtolicis & imperialibus privilegiis etiam pre ceteris Monaſteriis omnibus noſtre Dioceſis ſpecialiter & multifarie dotatum & libertatum eſſe. Et ſignanter in pacifica poſſeſſione conferendi & habendi in noſtra civitate Friſingenſi *Mechanicos* & *Artifices* & negotiatores, ſcilicet praxatorem cereviſie, cerdonem, carnificem, textorem, calceatorem, pellificem, doliatorem, inſtitorem, pictorem, plaſtatorem, fabrum, currificem, & preſertim ius habendi unam pincernam vina vendendi, in una domorum dicti Monaſterii ſitarum, infra muros ſeu fores noſtre civitatis Friſingenſis, quando & quotiescunque Monaſterio expediens fuerit vina ſua pro aliis neceſſariis ſibi conparandis in pecuniam convertere: quodque quicunque negotiator vel artifex aliquod iſtorum in civitate noſtra pro vel nomine Monaſterii exercet, emit vel vendit, privilegiatus ſit & libertatem habeat ut non teneatur ad Thelonium civitatis vulgaliter *Marcxzoll*: quoniam loco huius ſervitutis officiales dominii in ſignum huius libertatis annuo recipere ſolent, in reconpenſationis honorantiam, *calceos viltiatos*, pullos quinque & aucas duas. Nos ergo inter caupones & cereviſiarios tam civitatis quam Monaſterii pacem & unitatem conſervare cupientes, ad inſtantiam venerabilis Sigmari Abbatis ius pincernandi & praxandi cereviſiam in Monaſterium ſive eius Hofmarchiam Vetting transferendi ius conceſſimus; ut ibi prefatus Abbas & eius ſucceſſores ſine ulla exactione & impedimento libere in quantum placuerit

exerce-

exercere valeant: ea tamen ratione ut in noſtra civitate idem ius pincernandi & coquendi cereviſiam non amplius attentare præſumant: ut autem iſta translatio inconvulſa permaneat, has literas noſtro conſueto ſigillo inſſimus muniri. Dat. anno ab incarnatione Dominica MCXLVI. anno Ottonis venerabilis Epiſcopi ſexto.

Num. VI. Privilegium Alexandri IV. P. M. 1260.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati Monaſterii ſancti Stephani in Weihenſtephan, eiusque fratribus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis, in perpetuam memoriam. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito revocet, aut robur quod abſit ſacre religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris *iuſtis poſtulationibus* clementer annuimus, & Monaſterium *ſancti Stephani* in Weihenſtephan Friſingenſis Dioceſis, in quo diviso eſtis obſequio mancipati ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum & beati Benedicti regulam, in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quascunque poſſeſſiones quecunque bona idem Monaſterium in preſentiarum iuſte ac canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipſum in quo prefatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis *ſuis*, parochialem Eccleſiam S. Nicolai in Wippenhauſen & dependentes Eccleſias ab eadem cum decimis, & omnibus pertinentiis earundem;

rundem; parochialem Ecclesiam sancte Marie Magdalene de Garching & de Freiman, de Fretmaning, de Schleisham, de Mallershoven, de Wacherain ac de Lauppen, Ecclesias dependentes ab ipsa cum decimis, & omnibus pertinentiis earundem; duas partes quas habetis in Ecclesia de Neufarn; duas partes decimarum quas habetis in villa, que Dietershaim vulgariter nuncupatur; Decimam quam habetis in villa que dicitur Schwäbing; villam Hallern vulgariter nuncupatum, cum omnibus pertinentiis suis; decimam quam habetis ibidem; duas partes decimarum in parochia Ecclesie de Mammendorf, curtem quam habetis ibidem; duas partes decimarum in parochia Ecclesie de Mayfach, curtes duas quas habetis ibidem; duas partes decimarum in villa que appellatur Pergen; villam que Ibermöffe vulgariter appellatut, cum omnibus pertinentiis suis; decimam quam habetis ibidem; ius patronatus quod in Ecclesia loci eiusdem & Ecclesia de Pfeffingen, quarum una dependet ab altera obtinetis; villam que nominatus Puren cum omnibus suis pertinentiis, decimas quas habetis ibidem; decimam quam habetis in villa que Riemen vocatur, duas curtes & mansum unum, quos habetis ibidem; villam que nominatur Perchach cum omnibus pertinentiis suis; Decimas quas habetis ibidem; decimas in villa que Allershusen dicitur, curtes quatuor, quas habetis ibidem; villam que superior Zollingen dicitur cum omnibus pertinentiis suis; duas partes decimarum quas habetis ibidem; villam Piedendorff vulgariter nuncupatum cum omnibus pertinentiis suis; duas partes decimarum in villa que dicitur Wihinpazing; villam que dicitur Valkoschwand, cum omnibus pertinentiis suis. Decimas & ius patronatus quod in Ecclesia ville ipsius habetis. Decimas in villa que dicitur Rugendorff curiam quam habetis ibidem. Duas partes decimarum quas habetis in villa que dicitur Gundoloshausen; villam que dicitur Halshausen cum omnibus pertinentiis suis; duas partes decimarum, quas ha-

betis ibidem; villam que Vetting vulgariter nuncupatur; *sylvam* terras, prata, & pascua que habetis in territorio Frisingensi cum terris, pratis, vineis, nemoribus, usuagiis & pascuis, in bosco & plano, in aquis & molendinis, in viis & semitis, & omnibus aliis libertatibus & imunitatibus suis. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in Monasterio vestro professionem fas sit, sine Abbatis sui licentia, de eodem loco nisi arctioris religionis obtentu discedere; discedentem vero absque communium literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem *generale* interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare: dummodo causam non dederitis interdicto. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu Basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, a Diocesano suscipietis Episcopo, siquidem catholicus fuerit & gratiam & communionem sacrosancte romane sedis habuerit, & ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper, ut infra fines parochie vestre nullus sine assensu Diocesani Episcopi & vestro capellam seu oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis Pontificum romanorum. Ad hec novas & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis aliisque omnibus Ecclesiasticis secularibusque personis a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni & extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte

excom-

excommunicati sint, aut etiam publice usurarii nullus obsistat; salva tamen iustitia Ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea & possessiones ad ius Ecclesiarum vestrarum spectantes, que a laicis detinentur, redimendi & legitime liberandi de manibus eorum & ad Ecclesias, ad quas pertinent, revocandi libera sit vobis de nostra authoritate facultas. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum maior pars consilii sanioris secundum Deum & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Paci quoque & tranquilitati vestre paterna inposterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vostrorum, nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates a predecessoribus nostris romanis pontificibus Monasterio vestro concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactionum a regibus & principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur, eorum quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura: Salva sedis apostolice auctoritate & Diocesani Episcopi canonica iustitia, ac in predictis decimis moderatione concilii generalis: Siqua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque

risque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bone actionis percipiat & apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant, amen, amen. Ego Alexander catholice Ecclesie Episcopus. Ego Odo Tusculanus Episc. Ego Stephanus Prenestinus Episc. Ego frater Iohannes tit. S. Laurentii in Lucina pbr. Card. Ego fr. Hugo tit. S. Sabine pbr. Card. Ego Richardus tit. S. Angel. D. C. &c. Data Anagnie per manum magistri Iordani S. R. E. Notarii Vicecancellarii VIII. Kal. Iun. Ind. II. Inc. Dom. MCCLX. Pontificatus vero D. Alexandri Pape IV. anno VI.

Num. VII. Concambium. Ann. 1264.

Nos Chunradus Dei gratia Abbas & Conventus sancti Stephani in Wihensteven ratam habemus & presenti scripto confirmamus permutationem, factam inter venerabilem patrem & Dominum nostrum Chunradum Episcopum & inter nos de quibusdam pratis in Zollingen: ubi duo prata parva pertinentia ad molendinum situm in Zollinga idem pater & Dominus noster Episcopus commutavit nobiscum, pro quodam alio prato pertinente ad curiam nostram similiter in Zollinga, sicut utrinque propter locorum oportunitatem expediens & utile reputatur. In ipsa quoque permutatione hinc & inde adiectum fuit & expressum, quod si molendinator prelibati patris & Domini nostri gramen in prata nostra, quod ex iam dicta permutatione cessit molendino Domini nostri Episcopi, nutrire voluerit, quamdiu ipse molendinator sepem non circumdederit, equos & alia pecora hominum Monasterii nostri non debeat aliquatenus impignorare. In cuius rei evidentiam

tam presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Acta sunt hec Frisinge anno Domini MCCLXIIII. IX. Kalend. Octob.

Num. VIII. Incorporatio Ecclesiæ in Pfæffingen. 1269.

In nomine Domini amen. Nos Conradus Dei gratia Frisingensis Episcopus omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Etsi singulis piis locis divinis deputatis obsequiis sicut preesse, sic & prodesse, tanquam qui singulorum onus & solicitudinem portare debemus, merito teneamur: ad relevandum tamen & confovendum vigilantiori cura ac propensiori studio ea, que a nostris sunt fundata predecessoribus quidam specialis affectus ex prioribus nostris quasi ex traduce procedens, ratione previa nos inducit. Quia igitur Monasterium sancti Stephani in Weihenstephen a nostris antecessoribus fundatum defectus, (quibus quanto vicinius & conspectius nostris apparent obtutibus, tanto ipsis familiarius non compati non possumus nec debemus) in reditibus prediorum suorum, propter malum statum terre, de die in diem diminutionem patitur & non modicam lesionem, pro restaurandis edificiis inibi per ignis voraginem consumptis, expensis ac sumptibus indiget: attendentes quod inter hec hospitalitatis & eleemosinariarum largitionis exercitium ibidem non diminutionem sed potius recipit incrementum, inclinati precibus dilecti in Christo fratris Conradi venerabilis Abbatis eiusdem loci: Ecclesiam in Pfäffingen, cuius ius patronatus & magna pars decimarum ad idem Monasterium ab antiquo spectabat, requisito & obtento consensu ac favore dilectorum in Christo fratrum venerabilis capituli nostri, cum omnibus iuribus parochialibus ac pertinentiis universis tam in spiritualibus quam temporalibus donavimus, contulimus & tradidimus eidem Monasterio sancti Stephani in Weihenstephan possidendam, & profutura Abbati & fratribus ibidem Deo famulanti-

bus, *eorumque successoribus perpetuo pleno iure*: salvo tamen iure Diocesano ac aliis iuribus Episcopalibus quibuscunque; salva etiam prebenda sufficienti & honesta perpetuo vicario ipsius Ecclesie debita, unde cathetraticum ac alia iura Episcopalia, aliaque de ipsa Ecclesia iuris Ecclesiasticis debita, undecunque emergentia persolvere ac commode valeat sustentari: qui inquam vicarius perpetuus presentandus nobis a dictis Abbate & Conventu, auctoritate nostra, salvo tamen iure ac consuetudine Archidiaconi, instituendus erit a nobis & successoribus nostris Ecclesia in eadem. Ut autem donatio sive concessio prefate Ecclesie iustis de causis facta debitum robur obtineat firmitatis, neve quisquam, quod a nobis proinde actum est, infringere debeat vel mutare, presens scriptum prefatis Abbati & Conventui tradidimus, nostri sigillorum munimine roboratum. Datum Waidhoven anno Domini MCCLXIX. quarto Calend. Junii Indictone XII.

Num. IX. Donatio Parochiæ Tunzenhausen. 1273.

Heinricus Dei gratia comes Palatinus Dux Bawariæ, omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Religiosam vitam ducentibus etsi ob divine remunerationis intuitum debeamus impendere quelibet opera pietatis; illis tamen precipue ad maiorem liberalitatis gratiam recognoscimus nos teneri, qui non solum religione monastica Domino famulantur, verum etiam in hospitalitatis promptitudine se consueverunt iugiter exercere. Huius itaque rei gratia moti erga dilectum nobis Dominum Conradum venerabilem Abbatem de Weihenstephen, & ipsius Ecclesie conventum, ad ampliandum ibi cultum Dei & augmentanda ministeria charitatis, ius patronatus Ecclesie in Tunzenhausen cum universis pertinentiis ipsius, eidem Ecclesie de Weihenstephen tradidimus, donavimus & largiti sumus in perpetuum possidendum, salvo tamen

men iure plebani eiusdem Ecclesie pro tempore vite sue, qui eam ad presens dignoscitur obtinere. Datum in Landshuet anno Domini MCCLXXIII. VIII. Idus Iulii.

Num. X. Confirmatio Parochæ Tunzenhausen. 1273.

Conradus Dei gratia Episc. Frisingens. venerabili in Christo fratri Conrado Abbati & dilectis in Christo filiis Priori totique conventui Monasterii sancti Stephani in Frisinga salutem & sinceram in Domino charitatem. Quia pie desiderium voluntatis circa personas religiosas salutaribus est semper studiis adiuvandum, ut & religionis devotionis laudabilius eniteſcat, & utilitas postulata iuris vigorem indubitanter assummat: Ea propter cum vir illustris Dominus Heinricus Comes palatinus, Dux Bavarie pie motus devotionis affectu Ecclesiam in Tunzenhausen nostre Diocesis, in qua ius patronatus idem habere dinoscebatur ab antiquo, vestris & successorum vestrorum usibus de nostro & capituli nostri consensu in temporalibus & in omni iure quod ad ipsum pertinebat tradiderit perpetuo possidendam: Nos precibus vestris inclinati eandem donationem seu traditionem tanquam legitime factam, confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus: Et nequis inposterum prefate donationi, aut nostre confirmationi ausu temerario audeat contraire, presens scriptum nostri & capituli Frisingensis sigillorum munimine iussimus roborari. Datum anno Domini MCCLXXIII. Cal. Augusti.

Num. XI. Confirmatio Privilegiorum Boica. 1329.

Wir Ludwig von Gottes Genaden romischer Khayser, zu allen Zeiten Merer des Reichs, verichen und tun khundt offenbar an disem Brief, fur uns und all unser Erben und Nachkomen allen den, die in ansehent, hörent oder lesent: das wir durch Hail unser und aller unser Vordern Sel willen, den ersa-

men

men unſern beſundern lieben andächtigen gemainclich allen Ebbten und Prelaten in unſern Landt zu Bayrn, all ir Brieff, Gemad, Rechten und Freyhait beſtätt haben, und auch beſtattigen mit diſem gegenwurtigen Brief die ſi habent von Päbſten, Khaiſern und Khunigen, und von mancklich: alſo das wir, all unnſer Erben und Nachkomen ſy genadigeleich, veſtigeleich, ewigelich dabev behalten, retten und ſchermen ſullen, wan ſy uns gemaincklich mit iren Botten und khayſerlich Briefen erweiſt habent, das ſy uns zu Recht, noch von Gewalts wegen nichts ſchuldig ſind zu geben, noch zu tuen mit Dienſten, Steuren noch Wagenvertten, dan was ſi uns mit ganzer Lieb und Gunſt erzaigent, und auch mit Willen tundt: und gebietten auch veſtigkleichen, von unſern kayſerlichen Gewalt ewigklich, das kainem Menſchen erlaublich ſey, der die obgeſchriben unſer lieb andachtig, und auch all ihr Nachkommen mit *icht betrieb*, beckumer, oder beſchwär, weder ir Läut, noch ir Gut wa ſi die habent. Wer aber der wär, der das überfuer, und unſer Gebot verſmahet, der iſt herttigklich in unſer Ungenad gevallen, und ſol in die Chamer des Reichs geben zehen Pfundt feins Goltz. Wir mainen und gebieten auch daſs khain Man wie er genandt ſey, Ritter oder Knecht, edel oder unedel, khainen Gotzhauſern weder ir Laut noch ir Gueter, fur uns noch unſer Erben und Nachkomen, nicht pfenten müge noch ſulle, wan In bisher ungutlich beſchehen iſt, daz wir durch gottliche Lieb und Forcht underchomen: der das uberfuer, den ſezen wir von allen ſeinen Rechten und Eren, und von aller Gemainſchoft der Chriſtenhait, bis er dem oder den genzlich wider chert, und beſſert: und darüber zu ainem guten Urkhunt geben wir In diſen Brief mit unſern kayſerlichen Inſigel verſigelt. Der geben iſt zu Munchen an ſand Gorigentag, nach Chriſtus Geburd MCCCXXIX. Iar, in dem ſechzehenten Iar unſers Reichs, und in dem dritten unſers Khayſertumbs.

Num.

Num. XII. Emunitas Boica. Ann. 1332.

Wir Ludwig von Gottes Genaden romiſcher Kheyſer, ze allen Zeiten Merer des Reichs, verichen offenlich mit diſem Brief, fiir uns all unſer Erben und Nachkommen, daſs wir durch Haill unſer Seln, und aller unſer Vodern und Nachkhomen Sel willen, gemainklich allen Gotzhauſern in unſerm Lande ze Peiren, und iedlichen beſunder beſtatt haben, und beſtattigen auch mit Craft des gagenwurtigen Briefs, all ir Fraihait und Genad, die ſi habend von dem heiligen Vatter dem Pabſt von Rom und von allen unſern Vorvarn, Keyſern und Kunign, die ſi uns mit fleiſſiger diemietiger Bet ze Augen gebracht habend von groſſer Anvechtigung wegen, die In von Pfenttern und den unſern geſchehen iſt. Als wir dan zu gaiſtlicher Ordnung und göttlicher Lieb genaigt ſullen ſein; ſo nemmen wir die obgenenten Gotthauſer, und iedliches beſunder in unſer Genad, Frid und Schierm, vor aller maniclich Gewalt, daſs ſi hinfur ewigleich fur uns noch fur khainen unſern Erben und Nachkommen nicht Pfantt noch Gelter ſullen ſein, weder ſi, noch ir Läut, noch ir Gut, wo ſi die habent oder gelegen ſind: wer aber der wär, der ſi ir Läut oder Guter hinfur bechrenker oder bechumber, der iſt in unſer und unſer Erben und Nachkomen Ungenad gevallen, und ſoll in die Chamer des Reichs zehen Pfunt feins Golts geben, und dieſelben mugen und ſullen die erwirdigen unſer lieb andachtigen Abbt, und Prelaten der obgenanten Gotzhauſer mit unſern gagenwürtigen Brief beklagen, mit gaiſtlichen oder weltlichen Gericht, den haiſſen wir einen chuntlichen offen Rauber, und ſoll hintz dem gericht werden, als umb einen rechten Raupp; und gebieten veſtigklichen bey unſern Hulden und Genaden, Land und Läutten, Ritter und Knechten Stet und Margten und beſunderlich allen unſern Amptleutten,

Viztumen, Pflegern, Richtern, Schergen und allen andern die ietzund sind, oder furbas khunftig werdent, dafs si die obgenanten Gotzheuser bey unsern Frid und Scherm treulichen behalten. Dafs In das statt unzerbrochen beleibe, geben wir In ze Urkhunde diſen Brief verſigelten mit unſerm Inſigeln. Der geben iſt ze München, an dem Freytag vor dem Suntag Letare da man von Chriſtus Geburth MCCCXXXII. Iar, in dem achzehenden Iar unſers Reichs, in dem fünfften des Kheyſerthumbs.

Num. XIII. Donatio Parochiæ in Ehing. Ann. 1354.

In nomine Domini amen. Albertus Dei & apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Eccleſie Friſingenſis, univerſis preſentium inſpectoribus ad certitudinem preſentium & memoriam futurorum ſalutem in omnium ſalvatore. Congrua nos oportet conſideratione proſpicere ne pro divino congregatos cultu ciuiscunque neceſſitatis occaſio aut defides faciat, aut robur quod abſit, converſationis infringat, ad quam nos excitat ſollicitudo paſtoralis officii. Levavimus itaque iuxta prophetam, in circuitu oculos noſtros & vidimus ac videntes direximus aciem mentis noſtre ad conventualem Eccleſiam ſancti Stephani protomartiris in Weihenſtephen, ordinis ſancti Benedicti, noſtre Dioceſis & iurisdictioni noſtre pleno iure ſubiectam, in quo quidem conventuali Monaſterio altiſſimi providente gratia ſedula devotione divina preſtantur obſequia, nocturnis horis pariter & diurnis, ac miſſarum celebrantur officia tam pro mortuis quam pro vivis. Et ne propter defectum aliquem cogantur deſiſtere, dignum fore duximus, pro remedio anime noſtre & pro divini cultus augmento, diligenti deliberatione prehibita ac ſolemni cum dilectis nobis in Chriſto fratribus Leutoldo Prepoſito, Erhardo Decano, totoque capitulo Eccleſie noſtre prefate, adhibitis ſolemnitatibus que in talibus requiruntur tam de conſuetudine quam de iure; parochialem Eccleſiam ſancti An-

dree

dree in Ehing ſitam prope caſtrum noſtrum dictum Ottenburg noſtre Dioceſis, cuius inſtitutio ſeu proviſio ad nos pertinet pleno iure, cum omnibus iuribus, decimis & pertinentiis ſuis univerſis, queſitis & inquirendis ſepeſato Monaſterio in Weihenſtephan & eius conventui, de unanimi conſilio capituli Eccleſie noſtre Friſinge donamus, incorporamus, annectimus ad ipſorum menſam preſentibus & unimus; dantes eidem Monaſterio & Conventui S. Stephani in Weihenſtephan & ipſorum ſucceſſoribus liberam & plenam poteſtatem faciendi, diſponendi de proventibus parochialibus eiusdem Eccleſie in Ehing, quidquid ſuis viderint uſibus expedire, ſalvis omnibus iuribus rectoris eiusdem Eccleſie nunc exiſtentis pro vite ſue tempore, cuinullum propter premiſſa nec etiam iurisdictioni noſtre volumus preiudicium generari. Volumus etiam, cum dicta Eccleſia in Ehing vacaverit ipſo rectore cedente ſive cedente, quod tunc per Abbatem & Conventum Monaſterii predicti nobis & ſucceſſoribus noſtris una perſona idonea pro vicario preſentetur, quem vicarium ipſe Dominus Abbas habeat inſtituere & deſtituere pro libitu ſue voluntatis; & quod eidem de redditibus & proventibus dicte Eccleſie Ehing ſufficiens prebenda deputetur & aſſignetur, de qua poſſit congrue ſuſtentari, iura Papalia, Epiſcopalia, Archidiaconalia, & alia quecunque perſolvere iuxta morem. Volumus etiam annuentibus nobis Abbate cum Conventu Monaſterii ſancti Stephani in Weihenſtephan predicti pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus & ſtatuimus cunctis futuris temporibus inviolabiliter obſervandum, ut in ipſo Monaſterio S. Stephani in Weihenſtephan dies anniverſarius obitus noſtri cum ſeptimo & trigeſimo eiusdem, cum memoria omnium Epiſcoporum predeceſſorum noſtrorum felicis record. annis ſingulis cum vigiliis & officio defunctorum, pulſatis campanis, ſparſis tapetibus, accenſis luminaribus devotius peragantur & preſentibus eisdem officiis in anniverſario una libra denariorum, in ſepti-

mo una libra denariorum Monacenſ. & in triceſimo ſimiliter una libra denariorum Monacenſ. uſualis monete, pro conſolatione ſeu oblaio de proventibus dicte Eccleſie Ehing annualiter miniſtrentur; alioquin dignitates ac perſonatus in ipſo Monaſterio habentes ex nunc, prout ex tunc a divinis & ingreſſu Eccleſie ſuſpendimus in his ſcriptis, quam ſuſpenſionis penam quod abſit, ſi ſuſtinuerint ad octo dies & negligentiam, ut predictum, non ſtuduerint reformare, ipſum Monaſterium ſancti Stephani in Weihenſtephan ex nunc prout ex tunc Eccleſiaſtico ſubiicimus interdicto tam diu, donec predicta reformare curarint & ab Epiſcopo Friſingenſi abſolutionis beneficium meruerint obtinere. Ut autem noſtre largitionis & incorporationis huiusmodi perenne ſit teſtimonium preſentes literas noſtri capituli Friſingenſis ſigillorum munimine fecimus roborari.

Et nos Leutoldus Prepoſitus, Erhardus Decanus totumque capitulum Eccleſie Friſingenſis predicte profitemur, ex certa ſcientia & voluntate ſpontanea premiſſis omnibus conſenſiſſe, & noſtrum ſigillum ad huius rei evidentiam una cum ſigillo reverendi in Chriſto patris & Domini Domini Alberti venerabilis Epiſcopi predicti appendiſſe, in teſtimonium omnium premiſſorum. Acta ſunt hec Friſinge anno Domini MCCCLIV. in die ſancte Agathe virginis & martiris.

Num. XIV. Jus transvehendi ſalis. Ann. 1384.

Wir Iohann von Gottes Genaden Pfalczgrave bey Reyn und Herzog in Bayrn &c. Bekhennen offentlich mit dem Brief und tuen kund allen unſern Ambtleiten, Mautnern und Zolnarn, die wir iezo haben oder furbas gewinen, daſs wir dem erſamen geiſtlichen Abbt unſers Gottshaus zu Weihenſtephen und dem Convent daſelbſten unſern lieben Capelan durch beſunder Gnad

die

die wir zu dem Gottshaus haben, und durch Gottes willen zuforderſt, dan zu unſer Vordern und Nachkumen Sell Heil willen die beſunder Genad und Furderung gethan haben, und auch thuen mit Khrafft dis Briefs, alſo daz ſy die Salzgilt die ſi haben von den zwaien Hofen zu Ubermoſs bey Hohenau zweimal in Iar woll Zollfrey an allen unſern Zollen die wir haben von Reichenhall gen Freyſing gefieren megen und ſollen: ein Fuert mit zwaien Wagen in dem Summer, und mit zwaien Wagen in dem Winter. Daſs ihnen das alſo ſtet und unzerbrochen beleibe, geben wir ihnen den Brieff zu Freyſing an Sand Cecilitag verſigelt mit unſerm anhangenden Inſigel, nach Chriſti Geburt MCCCLXXXIV. Iar.

Num. XV. Fundatio memorabilis anniverſarii. 1405.

Wir Lienhart Abbt, und gemaingklich der ganz Convent des des Gotshauſs zu Weichenſteven, bekennen und thun kunt offenlich mit dem Brieff fur uns und fur all unſer Nachkomen, daſs wir in dem Lob Gottes, in den Eren unſer lieben Frauen und aller Heiligen, zu Erleſung aller gelaubigen Seelen, und zu Hilff und zu Troſt dem weiſen und veſten Herren *Arnolt dem Frawnberger zu Frawnberg* deſſelben Seel, *Otiligen der Täſchlin* ſaligen, und *Margareten der Preyſingerin* ſeiner paider Hausfraw Seelen und aller ihrer Erben, Vorvodern und Nachkomen Seelen, nu furbas alle Iahr iärlichen vor ihrem Altar, ſtehent in dem obgenanten Gotshaus zu Weihenſteven in der Abſeiten der gerechten Hant, darauf raſtend iſt der heilig Herr ſand Andres, vor demſelben Altar ſie auch ihr Grebnus habent, begehen, halten, und vollbringen ſullen alle Quatember deſſelben Suntags nach der Veſper ein eruerge geſungene Vigily mit vür Kerzen bey derſelben ihr Grebnus; und wir ſullen darzue gehen mit dem Rauch und mit dem Weichbrunn, und des Morgens an dem Montag ſollen wir ihn auf demſelben Altar ein geſungene Seelmeſs

aber mit vier Kerzen bey derſelben ihr Grebnuſs, und *wir ſul*len auch darzue gehen mit dem Weichbrun und mit dem Rauch: geſchach dan niht, daſs wir oder unſer Nachkomen all Quatember nu furbas iärlichen, an demſelben Sontag und Montag der Vigili und Seelmeſs nicht hielten, noch begiengen in der Maſs, als oben verſchriben iſt; ſo ſullen wirs oder unſer Nachkomen dan haben und begehen in den nechſten acht Tägen darnach ungevärlich in aller der Maſs, als hie oben verſchriben, und begriffen iſt. Und darumb ſo ſoll uns dem obgenanten Convent des Gotzhaus zu Weihenſtefeh oder unſern Nachkomen nu furbas alle Iahr iarlichen all Quatember ain *guter neuer ungeriſcher Gulden oder ein gueter Ducat*, und alle Iar zwen Gulden der obgenanten Münſs, die all ihr Recht und Wag woll habent wern, und gevallen zu dem Liecht, das da Tag und Nacht prinnen ſoll vor demſelben Altar, und bey ihr Grebnuſs, umb *dieſelben* obgeſchriben Gedechtnuſs und Grebnuſs hinfur alſo vollbracht werden: darumb ſo hat uns und dem obgenanten Gotshauſs zu Weihenſteven der obgenant Herr Arnolt der Frawnberger bey ſeinem geſundten Leib mit gueter Vorbetrachtung, mit Gunſt und mit guetem Willen aufgeben und geaigent ganzlichen und gar, für all Anſprach aller ſeiner Erben und menigkliches von ſeinen wegen, ſein aign Wiſmat, das vier Tagwerch ſind, genant der Wolfher, und ligt zu Erlpach, davon uns und unſern Nachkommen, und zu dem obgenanten ewigen Liecht die ehegenante Gült gefallen und weren ſoll, und das ybrig was von demſelben obgenanten unnſers Gotshaus zu Weichenſteven nach Ausweiſung des Brieffs, den wir und das obgenant Gotshaus zu Weichenſteven darumb haben von dem obgenanten Herren Arholt dem Frawnbergen. Wär aber das wir oder unſer Nachkomen ihn alſo der obgeſchriben Gedachtnus und Grebnus im furbas iährlichen zu iglicher Quatember nicht hielten, noch vollbrach-

brachten, und begiengen in aller der Mafs, als hie oben begriffen und verfchriben ift, fo hat fich dan die obgenante Gült von dem vorgenanten Wifmat zu Pen verfallen hintz unfer lieben Frauen in dem Tum zu Freyfing auf dem Berg. Und das ihn das alfe alles ftatt und gehalten werde, daruber zu ainem waren Urkunt geben wir dem obgenanten Herren Arnolt dem Frauenberger und feinen Erben den Brief verfigelten mit unferm und des obgenanten unfers Convents der baider anhangenten Infigeln, der geben ift der Zall nach Chrifti Geburdt MCCCCV. Iar, am Freytag nach fand Iacobstag des heiligen Zwelf-Botten.

Num. XVI. Protectorium Boicum. 1416.

Wir Heinrich von Gottes Genaden Pfalzgraff bey Rein und Herzog in Bayrn &c. Bekhennen und thuen chund offentlich mit dem Brieff. Wan der andächtig in Gott ufer lieber getreuer Herr Eberhart Abt unfers Gottshaus zu Weihenftephen von dem Convent ainmietiglich nach Ordnung und Gewonheit des Orts zum Abbt und Verwefer dem egenanten unferm Gottshaus welt und erkorn ift, darzu wir unfern Gunft und Willen ouch geben haben, dafs wir ihn und fein egenants Gottshaus in unfern fundern Schierm und Genad genumen haben, und nemen In darein wiffentlich mit dem Brieff: alfo das wir In und die feinigen vor allem ungleichen fchuzen und fchirmen follen, und fein genediger Herr und Schirmer fein in allen Sachen, worzu er recht hat, als wir In dan als andern unfern Prelaten und Gottshenfern woll fchuldig fein. Und darumb gebietten wir allen unfern Ambtleuten, Pflegern, Richtern, Schergen die iezo find oder hernach werdend und allen andern unfern Getreuen und Unterthanen, dafs fi den vorgenanten Abbt und das Gottshaus bey folchen unfern Gnaden halden und bleiben laffent und In noch den feinigen keinerlei Ungleich noch Unwillen beweifet oder zuezichet

noch dem niemant geſtattent zu thuen in kein Weis; daran erzeigt uns ein ſunder gefallen und thuet daran genzlich unſern Willen. Dem zur Urkhundt haben wir unſer Inſigel an dem Brief thuen henken, der geben iſt zu Landshuet den Freitag vor ſand Urbanstag nach Chriſti Geburt MCCCCXVI. Iar.

Num. XVII. Conceſſio Pontificalium. Ann. 1431.

Martinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto Eberhardo Abbati Monaſterii ſancti Michaelis in Weihenſtephen extra muros Friſingenſis, ordinis ſancti Benedicti ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Magne & ſincere devotionis affectus, quem ad nos & romanam gerere conprobaris Eccleſiam non indigne promeretur, ut te quem etiam exigentibus meritis tuis paternis conplectimur affectibus, & Monaſterium ſancti Michaelis in Weihenſteven extra muros Friſingenſis ordinis ſancti Benedicti, cui preeſſe dinoſceris, & in quo tu ac fratres tui ſub religionis habitu mundanis abdicatis illecebris Domino in humiltatis ſpiritu devotum & ſedulum famulatum impenditis, condignis honoribus attollamus. Hinc eſt quod nos tuis, qui ut afferis ex laudabili antiqua, & hactenus inconcuſſe obſervata conſuetudine in certis feſtivitatibus, in Eccleſia Friſingenſi ornatibus Eccleſiaſticis indutus Bacculum paſtoralem, quo etiam uteris in manibus geſtando, tam in veſperis vigiliarum quam divinis officiis dierum feſtivialium huiusmodi teneris intereſſe, prout etiam interes pro tempore, ut illis decentius vales ad laudem divini nominis intereſſe: in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut tu quoad vives & ſucceſſores tui Abbates dicti Monaſterii qui fuerint pro tempore etiam mitra, annulo & aliis pontificalibus inſigniis quibuslibet in Monaſterio & in Eccleſia predictis, ac aliis Epiſcoporum conciliis quibus te tuosque ſucceſſores intereſſe contigerit pro tempore, infra miſſarum, veſperarum, vigiliarum & divinorum ſolemnia uti, ac in eisdem Monaſterio

terio & Ecclesie singulisque ipsi Monasterio & aliis subiectis prioratibus, parochialibus Ecclesiis & aliis ad vos communiter vel divisim pertinentibus locis, quamvis vobis pleno iure non subsint, benedictionem solemnem super populum post missam, vesperam & aliorum divinorum huiusmodi solemnia; dummodo in benedictione huiusmodi aliquis catholicus antistes, vel sedis apostolice legatus presens non fuerit; elargiri, nec non sacerdotales vestes, altaria, calices, pallas, corporalia, libros & alia paramenta ad diuinum cultum necessaria, seu deputata, quotiens expedierit in eisdem Monasterii & aliis Ecclesiis illi subiectis, benedicere & consecrare perpetuis futuris temporibus libere possitis: felicis recordationis Alexandri quarti que incipit *Abbates*, & quibuscunque aliis apostolicis constitutionibus ac statutis, consuetudinibus Ecclesiarum & locorum huiusmodi, iuramento, confirmatione apostolica vel quacunqe firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus: tibi & eisdem successoribus auctoritate apostolica, tenore presentium de specialis dono gratie indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctos apostolos XVIII. Cal. Ianuarii, Pontificatus nostri anno quarto decimo.

Num. XVIII. Immunitas a vectigalibus Boicis. 1525.

Von Gottes Genaden wir Ludwig Pfalzgrave bey Rein, Herzog in obern und nidern Bayrn, bekhennen fur uns und all unser Erben und Nachkommen regierenden Fürsten, offenlich mit dem Brieff, dass wir mit rechtem Wissen und zeitigen Vorrath dem wirdigen in Gott und andächtigen unsern lieben getreuen Abbte und gemain Convent unsers lieben Brudern Herzog Wil-

freit iſt, zu Waſſer und Lant, frey, ſicher und ungehindert durchkhumen und paſſieren laſſen, ſunder auch denen darzue beſtelten auf gebierendes Erſuchen allen guten Vorſchub und Befurderung erweiſen, daran erzaigen uns eur LL. AA. und ir ein angenemes Wollgefallen, die unſern aber erſtaten an denſelben unſern gnedigſten Willen und Meinung. Geben in unſer Statt Wien, den 28. Febr. im MDC. XXIV. Iar, unſers Reichs des römiſchen im fünften, des hungeriſchen im ſechsden, des behmiſchen im sibenden. Ferdinandus.

Num. XX. Fines Hofmarchiæ. Ann. 1433. deſcripti.

Primo ab ipſo monte S. Stephani, in quo Monaſterium ſituatum usque ad montem S. Viti ubi lata foſſa terminatur; a lata foſſa usque ad Rivum Chaldenbach vulgariter dictum; deinde idem induit eandem Hofmarchiam usque viam regiam que Monachum ducit, & illa via regia usque ad foſſata quibus prata Pullingana excluduntur; cingitur foſſatis vero usque ad viam Tintshuſianam, *que etiam Monachum ducit*; includit tunc illa via eandem iurisdictionem usque ad ponticulum ſuper flumem conſtructum; ab illo vero ponte ipſum flumen Moſam usque ad viam per quam pecudes Pacharenſes ad paſcuas paluſtres verſus idem flumen coguntur incluſive circumcingit; tunc ipſa via usque ad rura Pacharenſia, & rura usque ad ſilvam Friſingenſem; que ſilva nemus Hofmarchianum usque ad campos predii Hofmarchiani vulgariter (Gereitmair in dichs Winchel) dictum per aque ſilveſtris riuiam diſiungit; a predicto predio per pratum vulgariter (Stainanger) dictum usque ad viam iuxta montes olearios que Friſingam ducit incluſive includit; tunc illa via usque ad viam taurinam excluſive Hofmarchiam circundat, deinde via taurina usque ad columnam terminariam arte cæmentaria conſtructam, a columna usque ad hortum de canonicis ſancti Viti directe & funiculatim ſe extendit: tunc dictus hortus usque ad montem S. Viti ad foſſam finariam Hofmarchiam excluſive cingit. In tantum Hofmarchiæ & venationis iurisdictio ſe extendit & non ultra.

MO-

MONUMENTA NEOCELLENSIA.

PRÆFATIO.

Neocella, noſtratibus *Neuſtifft*, nobile canonicorum regularium divi Auguſtini, quos Præmonſtratenſes vocant monaſterium, in ſuburbio Friſingenſi, ad Moſaham fluvium, qui proxime abhinc Iſaræ miſcetur, amœniſſime ſitum, tetrarchiæ Monacenſi accenſetur.

Nova cella locum haud poſtremum inter ea Baioariæ noſtræ monaſteria obtinet, quæ pietas Ottonis M. Friſingenſium antiſtitis excitavit. Natales ipſius incidunt in annum MCXLI. ex quo quidem tempore, levibusque atque exiguis ab initiis, eas paulatim vires opesque acquiſivit, ut graviſſimas tempeſtates eluctata, rapinis provincialium, furore Suecico, flammis feralibus terque quaterque vaſtata, de-

deſtructa, ſplendidior ſemper de ruinis ſurrexerit, *hodie*que providentia Aſcanii præſulis reſurgat: ſolam monumentorum antiquiorum iacturam, quæ graviſſima eſt, unquam reparatura.

Supereſt tamen codex membranaceus, in quem ſeculo XIV. labente, ſolertia maiorum congeſſit quicquid tunc litterarum heic loci ſervabatur; unde & nos noſtra deprompſimus omnia: nempe, formulas traditionum memorabilium bene multas, atque diplomata miſcella LV. variæ frugis plena.

Noſti iam Lector, *Aſcanium* Abbatem, felicem Neocellæ reſtauratorem; cuius humanitatem perpetuumque in Muſas noſtras favorem poſteritati animo gratiſſimo commendamus.

Series RR. Abbatum Neocellenſium ad Monimenta idonea revocata.

1. Hermannus I. el. 1141. reſ. 1144.
2. Engelſchalcus reſ. circ. 1155. vivit adhuc circ. 1190.

3. Con-

3. Conradus I. † ante 1164.
4. Hermannus II. † ante 1185.
5. Heinricus I. † post 1203.
6. Gozwinus circ. 1210.
7. Ulricus I. 1225. post 1247.
8. Conradus II. el. 1254. † ante 1276.
9. Ulricus II. † 1295.
10. Grimoldus † ante 1304.
11. Arnoldus 1305.
Ludovicus 1316.
12. Heinricus II. † 1326.
13. Hermannus III. † post 1336.
14. *Fridericus* † 1360.
15. Matthæus † 1370.
17. Gundakar † 1388.
18. Stephanus I. † 1410.
19. Ulricus III. † 1425.
20. Ulricus IV. † 1453.
21. Johannes I. † 1486.
22. Ulricus V. † post 1490.
23. Conradus III. † 1526.

24. Stephanus II.
25. Petrus I.
26. Matthæus II.
27. Petrus *Paulus* † 1594.
28. Jacobus ref. 1595.
29. Petrus III. 1503.
30. Johannes II. †. 1617.
31. Johannes III. Bapt. † 1628.
32. Paulus † 1656.
33. Philippus † 1660.
34. Marianus † 1675.
35. Albertus II. † 1686.
36. Bernhardus † 1691.
37. Matthias primus Abbas † 1721.
38. Jacobus II. † 1740.
39. ASCANIUS.

MONUMENTA NEOCELLENSIA.

CODEX TRADITIONUM.

Num. I. Circ. Ann. 1135.

Sciant omnes Chriſti fideles qualiter evenit inter Heinricum Friſingenſis Eccleſie venerabilem Epiſcopum & fratrem eius *Fridericum de Piſtein* quamdam comutationem facere ſicut & fecerunt. Tradidit enim & poteſtativa manu delegavit prefatus antiſtes memorato Comiti tres villas, videlicet Tale & utrumque Rureſe, ea iuſtitia & pertinentiis quo ipſe proprietario iure poſſidebat. Econtra Fridericus Comes retradidit & legitime delegavit predium ſuum, ſcilicet utrumque Swarzhah cum omnibus eo pertinentiis in manum cuiusdam nobilis viri *Gerolde de Paingen*; eo pacto quod ipſe illud delegaret quocumque Epiſcopus petiſſet. Huius rei teſtes ſunt, *Leopoldus Marchio*, *Otacher Marchio*, *Heinrich & Gebehart Comites de Purchuſen*, *Chunrat Comes de Pilaſtein*, *Ekkepreht Comes de Putene*, *Friderich de Luotesdorf & filii eius Perhtolt & Otto Rapoto de Chulep*, *Otto de Purchſtal*, *Meginhart Fuhſil*, & multi alii. Acta ſunt hec in monte Medelicenſi. Non multo poſt ipſe pretaxatus Geroldus monitu Heinrici Epiſcopi, predium quod fidelitati ſue comiſſum & delegatum fuerat, ad altare beati Leonhardi Friſinge quod Epiſcopus conſtruxerat & dedicaverat id eſt Tale & utrumque Suarzahe legitime delegavit. Teſtes huius rei ſunt,

Chunrat Comes de Dachove, Marchwart de Mockingen & frater eius Otacher, Aribo de Pruole, Iſenrich Camerarius, Chunrat de Heidolfingen, Udalrich de Harthuſen, Williholt de Rubendorf & filius eius Gerwich, & alii plures.

Omnibus viventibus fixum ſit memoria quod Heinricus Friſingenſis Epiſcopus conparavit duo predia unum apud Meginbolteſperge, aliud apud Eberesdorf in ſurburbio in pede montis a duobus fratribus viris nobilibus *Goteſcalco & Wichardo*. Tradiderunt enim illi prefata predia rogatu Epiſcopi & delegaverunt in manum cuiusdam nobilis *Waltrici de Fuſtrize*, eo pacto quod ipſe delegaret quocunque Epiſcopus petiſſet. Teſtes huius rei ſunt, *Gerolt & frater eius Eberhart de Bocherſenkke, Luitolt de Laſach & Dietrich & Ratherus Wieelant*, & alii plures. Eandem traditionem prefatus Waltricus petitione Epiſcopi delegavit *in manus Geroldi de Paingen*, ipſe autem ad altare ſancti Leonhardi Friſinge contradidit. Teſtes huius rei ſunt, *Comes Chunradus de Dachowe & filius eius Chunradus, Aribo de Proule, Chunrat de Mockingen & frater eius Otacher & Goteſcalch, Otto de Moſen, Udalrich de Harthuſen, Chunrat de Heidolwingen, Iſenrich Camerarius*, & pl. alii.

Quecunque reſpiciunt utilitatem & honorem Eccleſiarum, ea levitate cuiusquam oblivione obliterari vicioſum eſt. Proin congruum viſum fuit, ut iuſtitiam quam Eccleſia ſancti Petri Novecelle in plebana Eccleſia Adelhershuſen, pro eo quod in fundo eius ſita eſt, habere debet, literis notatam memorie poſterorum transmiteremus. Peticio ſacerdotis ibi conſtituendi ſpectat *ad* prepoſitum: cui taliter ibi poſito debentur VII. mancipia de familia prepoſiti, III. viri & quatuor femine, ad cottidianum ſervicium: quorum iuſtitia hec eſt: duobus viris maioribus dimitti debet a ſacerdote porcio agri que *Watſcare* dicitur; tertius qui minor

esse debet victum in domo presbiteri accipiat; femine vero opere, quod *horis* suis, pro *consuetudine feminarum sibi operantur contente sint.* Mansionarium quoque de eadem familia sacerdos accipiat, qui cum clave Ecclesie pariter debet manere in curtifero fratrum, ubi decimatio eorum colligitur. Oblatio vero que ad altare offeretur tribus vicibus in anno id est in nativitate Domini, in pasca, & in festo sancti Martini, in III. partes dividi debet, quarum due prepositum, tertia presbiterum respicit. Prepositus autem de suis partibus tertiam mansionario dabit, & de Heba una decimam; quicquid autem vel de lino vel de animalibus cuiuscunque generis a populo datur, due partes ad prepositum, tertia pertinet ad presbiterum. In ipsa villa respicit prepositum tota decimatio sue familie, apud Erchenberch similiter tota; apud Buoch tota; apud Lemenbac tota; apud Strazloch de duobus mansis, & de agris ad speciale ius villici pertinentibus qui dicuntur *Vorlant*; apud Miltahe de duobus curtiferis; apud superius Wolfpach tota; apud inferius Wolfpach similiter tota, exceptis duobus curtiferis, ubi media pars tamen prepositi debetur; apud Tutelendorf tota, preter duos curtiferos ubi media tamen pars prepositi debetur; apud Sliphesheim de predio Gerhalmi tota; apud Waltgerischirchen tota; apud Leutpoldesdorf tota ex una curia; Ellenpoldingen ex una curia; apud Puoc tota, preter unam curiam; apud medium Chinberc tota; apud inferius Chinberg de agro qui Adelhershusen pertinet; item quicquid situm est infra viam decimatio tota; iterum apud Adelhershusen de duobus mansis Abbatis tota & pars decime de beneficio uno; apud Grintberch de dote decimatio bubulium prepositi contingit.

Num. II. Ab anno 1142. - 1158.

Notum sit Christi fidelibus tam futuris quam presentibus quod quidam nobilis homo *Hartwich de Hagenowe* predium *Hart-*

manni de Uberachen quod in manus suas pro cautela & fide delegatum fuerat, ad ipsius petitionem delegavit in manum *Eberhardi de Walde*; eo tenore, quod ipse illud delegaret ad Ecclesiam beati Petri Novecelle. Ipse autem Hartmannus tametsi pro remedio anime sue fratribus eiusdem Ecclesie in vendendo predium devote & benigne parceret; tamen quia expedicionem hierosolimitanam profecturus erat, recepit XX. talenta & palefridum unum. Hanc traditionem prefatus Eberhardus de Walde presente venerabili *Ottone* sicut iustum fuerat, consummavit. Porro situs predii talis est: apud Pueche, villa dimidia cum omni iure & pertinentiis quo ipse legitime possidebat. Apud Ekke mansum unum; apud Adelheshusen molendinum unum cum omnibus ad id pertinentibus. Insuper quicquid ex altera parte Ambre sue proprietatis erat, sive in familia sive in agris, pratis, pascuis, silvis, viis, inviis, exitibus, reditibus, aquis, aquarumve *decursibus*, cultis & incultis, quesitis & inquirendis. Huius rei testes sunt, *Roudiger nobilis de Hage, Isenrich Camerarius & filii sui* Heinrich & *Isenrich, Roudolf de Postberch, Routlant de Pubenhusen, Gerwich de Rubendorf, Engilmar de Gunzenkusen, Gotefrit Cellerarius, Chuonradus de Haidolfingen.*

Pateat omnibus viventibus quod quidam ministerialis sancte Marie Frisingensis Albertus nomine & frater eius Udalrich & soror eorum Richart consensu Domini Ottonis Episcopi sese rediderunt conversioni, & pariter tradiderut patrimonium suum apud Hirzbach, Deo & fratribus in Ecclesia sancti Petri Novecelle legitime permansurum. Testes huius rei sunt, *Chunrat de Heidolvingen & frater eius Fritilo, Altman de Haselbach & filius eius Sigihart, Sigifrit de Wolvoldesdorf.*

Nove-

Noverint item viventes quod quidam nobilis vir *Dietrich de Luterbach* filiam ſuam Adelheidam cum oblatione detulit ad altare beati Petri Novecelle, hec oblatio talis erat: Nemus ſue proprietatis quod ſitum eſt inter Adelhershuſen & Luterbach, cum pratis & paſcuis quibusdam, manu poteſtativa delegavit ſuper prefatum altare, absque omni contradictione ſemper inibi manſurum Teſtes ſunt iſti, *Ortolf de Perge & frater eius Wicnant, Iſenrich Camerer & filius eius Heinrich, Sigiboto de Marcellingen, Gotefrit Celterer, Ulrich de Chinberg, Carolus de Luterbach & Ruodolf.*

Fidelibus Chriſti notum facimus: quidam *Pilgrim de Cellenhuſen* miniſterialis ſancte Marie per manum venerabilis patris Ottonis Epiſcopi canonice obtulit filiam ſuam Berhtam ad Eccleſiam ſancti Petri Novecelle, ſub diſciplina regularis vite inibi permanſuram. Tradidit autem conſenſu Epiſcopi, & delegavit ad eandem Eccleſiam predium ſuum apud Cellenhuſen cum omnibus ad id pertinentibus, inveſtituram quoque protinus eiusdem predii donavit; aliud quoque predium apud Tyrenshuſen, quod proprietatis erat Methilde matris prefate puelle, eodem tenore delegavit ad prefatum altare: ſic tamen ut ipſe illud quam diu viveret in ſua poſſeſſione haberet, eo defuncto Eccleſie ſerviret: mancipia etiam proprietatis ſue eisdem fratribus donavit, ut ſingulis annis cenſum V. denariorum in uſus fratrum perſolvant. Huius rei teſtes ſunt, *Chunradus de Dachowe, Engilbertus Comes Hallenſis, Iſinrich Camerarius & filii eius, Sifrit de Wiltach, Chunrat de Heidolvingen, Heinrich de Brunnen, Waltman & Ruodolf de Poſtberc, Ruodolf & Ruotlant de Pubinhuſen, Sifrit de Wolvoltesdorf, Iſinrich de Dahsmutingen,* & plures alii.

Ad noticiam poſterorum ſcripto transmittimus, quaiiter quidam miniſterialis ſancte Marie nomine Razzo pro remedio ani-

me

me ſue omniumque parentum ſuorum, tradidit & poteſtativa manu delegavit ad Eccleſiam ſancti Petri Novecelle tale predium quale apud Seppach ſue proprietatis erat. H. r. t. f. *Iſinricus Kamerarius & filii eius, Chunradus de Haidolfing, Gerwicus de Rubendorf, Rudolf & Rutlant de Pubenhuſen, Richerus, Chunradus Satelare, Hartmannus miles.*

Notificamus tam poſteris quam preſentibus, quod quidam miniſterialis perpetue virginis Friſingenſis nomine *Iſingrim* predium quod libere poſſedit apud Aſche nullo contradicente tradidit ad altare ſancti Petri Novecelle, pro remedio anime ſue omniumque parentum ſuorum, & ſingulis annis nummo redimendum in beneficium recepit. Huius rei teſtes ſunt, *Otto de Ouſte, Oudalricus vir eiusdem ſcilicet Ottonis, Otto de Perchuſen, fratres Iſingrim, Starchant.*

Notum facimus tam poſteris quam preſentibus quod quidam miniſterialis ſancte Marie Friſingenſis nomine *Richerus* predium quod apud Segbach hereditario iure poſſedit ad Eccleſiam ſancti Petri Novecelle pro ſe ſuisque parentibus tradidit. Huius rei teſtes ſunt, *Hartwich de Richolfeteſtorf*, in cuius etiam manu delegavit. *Chunradus de Schafehuſen, Richardus de Zurrenhuſen.* Ipſo die, eadem hora, eodem loco ſub isdem teſtibus preſcriptus *Chunradus de Schafehuſen* prediolum quod in eadem villa in pignore ſuſcepit ad eandem Eccleſiam ſancti Petri, donec duobus talentis ſolveretur, delegavit.

Item *Oudalricus de Diengen* tradidit dimidiam Hubam apud Cranach, Eccleſie S. Petri Novecelle, & III. viros proprios ſervos. H. r. t. f. Comminiſterialis eius *Pilzo* in cuius etiam manum delegavit, ut eidem Eccleſie ſervaret, & frater eius, *Gebeman*, *Oudal-*

Oudelſcalcus de Diengen, Engelmar de Ubingen & III. filii prepoſiti Oudelſcalci, Sigefridus, Ortolfus, Heinricus & Scutifer eiusdem Oudalrici.

Pateat omnibus Chriſti fidelibus mulierem quandam nomine *Hademout de Mosburc*, predium ſuum quod a parentibus ſuis hereditario iure poſſedit apud Riden, ad Eccleſiam ſancti Petri Novecelle preſente magiſtro *Eberhardo de Scephtelare*, & eius priore Marcwardo, per manum *Rapotonis de Ruzen* ſalemanni ſui, pro remedio anime ſue & viri ſui *Eberhardi*, quem in expedicione ieroſolimitana obiſſe audierat, & omnium parentum ſuorum, nullo contradicente, cum omnibus utenſilibus ſuis delegaſſe. Ipſa quoque die eadem hora mulier prefata predium aliud quod a viro ſuo ſupramemorato Tegrenwahc ſitum, hac conditione poſſedit, ut ſi eis heredes naſcerentur in eorum ſuccederent hereditatem; ſin autem ille ſine herede obiſſet, illa quousque viveret, poſt obitum vero ſui ad proximos heredis reverteretur: ſimili ratione, ut ſibi delegatum eſt, ad prefatam Eccleſiam offerebat; homines etiam quatuor V. numorum tributarios eidem Eccleſie mancipavit. Huius rei teſtes preſentes tunc aderant; *Counrat de Heidolfingen, Fritelo de Uncechofen, Gotefrit Cellerarius Epiſcopi, Hartwinus Judex.*

Noverint omnes Chriſti fideles, quod quidam *Counradus Monetarius de Feringen* & uxor eius *Genannewieb*, predium ſuum quod apud Zamendorf poſſidebant, ad Eccleſiam ſancti Petri Novecelle Friſinge legitime manſurum tradiderunt. Cuius rei teſtes, *Pero Friſingenſis Judex, Burchart de Hohenowe, Hartwicus Parochianus, Geroldus, Oudalricus de Cunezdorf, Wolfher de Herchhuſen*, & plures alii.

Notum facimus tam futuris quam preſentibus, quod *quedam* nobilis femina *de Gecgingen*, nomine *Wiherat*, predium ſuum apud Diengen ſitum, exceptis quibusdam paſcuis, pro remedio anime ſue ac viri ſui, de quo & ipſum habuit predium iam ſcilicet defuncti, libera manu, ſine omni contradictione, ad Eccleſiam ſancti Petri Novecelle Friſinge delegavit. Huius rei teſtes ſunt, *Hartwicus frater eiusdem mulieris, Waltmanus de Paſtberc & filius Waltmanus, Heinricus de Lochchirchen, Hartwicus Judex, Bertoldus monetarius &c.*

Prefatus Counradus emit a quodam Elenhardo parvum prediolum & ab alio nomine *Counrado de Bubenhuſen* emit curtiferum & agrum unum, & a quodam Reinoldo emit curtiferum unum totum in eadem villa, & ſub teſtibus ſubſcriptis, *Egilolfo, Volcmaro, Hermano de Vergen &c.* tradidit ad eandem Eccleſiam ſancti Petri; habet autem quidam Tage poteſtatem ſolvendi agrum *I.* pro talento, ſive curtiferum Reinoldi dimidio talento.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris quod quedam mulier nomine Hiltegunt ſe & liberos ſuos ex libertate ad Eccleſiam ſancti Petri Novecelle Friſinge nullo contradicente tributarios; delegavit hac ſcilicet conditione ut in maiori feſto S. Marie V. numos perſolvant.

Engildie de Pache, Ruedolf de Pubenhuſen & frater eius Rontant, Chunrat de Pubenhuſen & filius eius Iſingrim, Iſingrim Niger, Rudiger de Paſtberch, Reginolt de Veringen & frater eius Paldwin, Diethart de Truthering, Egilolf, Wernher, Arnolt, Liutfrit, Albrick, Gerolt Veringenſes, Adalhart & Engeldie de Rotenbach, Friderich. Chunradus Monetarius ſub teſtimonio horum tradidit uxori ſue *Gunewibe* predium apud Zamindorf emptum ab *Aribone* filio ſupraſcripti *Engildie.*

Sciant

Sciant omnes Christi fideles quod quidam sacerdos de Esselpach nomine Reinpreht, predium quod apud Rimoltingen habuit, in memoriam sui & omnium fidelium ad Ecclesiam sancti Petri delegavit, sub testibus prescriptis; *Engelhart de Zudelstorph*, *Counrat de Tanher*. Sic tamen ut quamdiu ipse vellet, omni anno pro triginta numis in Epiphania solvendis, in beneficio haberet.

Intimamus omnibus scire volentibus, quod quedam mulier nomine Liugart ministerialis Frisingensis *matrimonium* quod in villa que dicitur Grunlingen possedit ad altare sancti Petri Novecelle suadente & rogante marito suo *Geroldo* delegavit, sub testimonio eiusdem Geroldi, *Wolchardi de Bachen*, *Counradi de Frisinga*, *Richardi de Zurnhusen*: quod in beneficium V. numis solvendum recepit.

Notum facimus tam posteris quam presentibus, quod nobilis homo *Herbort de Tatingen* delegavit predium quod habebat apud Puoch, ad Ecclesiam sancti Petri Novecelle, pro remedio anime sue & omnium fidelium. Huius rei testes sunt, per aurem tracti ipse *Herbort qui tradidit*, *Tebrio de Liusgen*, *Dipolt de Pergheim*, *Eppo de Vorstaw*, *Reimar de Frisinga*, *Hainrich de Veigte*, *Herman de Babenberc*. Qui *Herbort* idem predium recepit in beneficium singulis annis V. numis redimendis.

Notum facimus tam futuris quam presentibus, quod quidam nobilis vir nomine *Marquardus de Altheim* XI. homines de familia sua, potenti manu delegavit ad altare sancti Petri Novecelle, cum omnibus ex se iam genitis vel adhuc gignendis: Hac videlicet condicione, ut in festo S. Petri quinque numis datis, ubi velint manendi libertatem habeant.

Pateat cunctis Christi fidelibus, quod quidam *Wolfker* Frisingensis potenti manu delegavit predium suum, quale apud Utingen habuit, ad altare sancti Petri Petri Novecelle.

Eadem devotione quidam nobilis miles *Ofiric* tradidit predium suum ad altare sancti Petri Novecelle quod apud Atendorf habebat. Huius rei testes sunt, *Fridericus Palatinus*, *Chonr. Comes de Falay*, *Gotescalc & frater eius Otacher de Talmosdorf*, *Oudalric de Lochirch*, *Heinric de Ostershusen*, *Sigefrit de Wartenberc*, *Heinric de Prising*, *Sibenhar*, *Heinric de Tofchirchen*, *Altman de Mochingen*, *Oudalrich de Waltertorf*.

Item *Hartwicus de Marcelingen* predium suum apud Ouste situm cum manu salemanni sui *Heinrici Salichind* tradidit sancto Petro ad Ecclesiam. Huius rei testes sunt, *Luitolt de Hagenwoupe*, *Eberhardus de Frickendorf*, *Dietrich de Dorfen*, *Hémricus de Etesingen*, *Gerwic de Horssenhoven*, *Adalbertus de Haga*, *Rudolfus de Frisingen*, *Counradus de Haidolfingen*, *Engelmert de Massonhusen*.

Item *Dominus Otto Palatinus Comes* tradidit hobam unam ad eandem Ecclesiam apud Leren per manum eiusdem *Heinrici felicis pueri* sub testibus prenominatis.

Item *Oudalricus de Purgenbach* curtim unam, quam emerat a quodam ministeriali sancti Andree, per manum salemanni sui *Rantwici*, apud Purgenbach sitam, ad eandem Ecclesiam sancti Petri delegavit. Huius rei testes sunt, ipse *Oudalricus & frater eius Babo*, *Oudalricus de Holzhusen*, *Oudalricus Sibenhar & filius eius*, *Folcmarus de Valchenstein*.

Notum esse volumus tam futuris quam presentibus, qualiter *Uto* ministerialis Frisingensis Ecclesie & filius eius *Uto de Hal-*

sesperch

ſperch predium ſuum quod dicitur Zwainchirge & Gunteperdorf, potenti manu ad altare ſancti Petri Novecelle delegavit. Huius rei teſtes hii ſunt, *Hartwicus Judex & filius ſuus eiusdem nominis Herbort de Buren.*

Pateat omnibus Chriſti fidelibus qualiter *Otto de Ouſte* predium ſuum quod habebat Giſilinge, cum mancipiis idem predium habentibus, potenti manu ad altare ſancti Petri Novecelle delegavit. Huius rei teſtes ſunt, ipſe *Otto*, *Oudalricus de Dingen*; *Erchencher de Ouſte*, *Conr. de Veringen*, *Erchart de Veringen*, *Gebehart*, *Alber*, *Routliep de Dorfaccer: de familia Friſingenſi Counrat de Tanahuſ. Richart de Zurnhuſen.* Hoc quoque ſcribi dignum duximus, quod idem Otto aliud predium quod habebat Tyernshuſen eadem die ſancto Petro ſub hisdem teſtibus delegavit, & pro tributo XII. numorum in feſto ſancti Petri perſolvendorum in beneficium recepit. Nec hoc oblivioni tradendum eſt, quod adhuc idem Otto tertium predium quod habebat Anzingen, ad prefatum altare, ſi ſine heredibus obierit, tradidit.

Scribi dignum duximus, qualiter *Outo Friſingenſis miniſterialis de Halsberc*, predium quoddam quod emerat de Wolfoldo in eodem loco, qui fuit de familia Ilmunſterenſi, per manum delegatoris ſui *Wernhero de Ilmunſteren* conſervandum uſui fratrum de novo loco delegavit: aliud etiam predium in eodem loco ſitum, etiam per manum delegatoris ſui Wernheri, prefatis fratribus ſervandum delegavit & in beneficium a prepoſito Hermanno pro modio humuli ſingulis annis dando recepit. H. r. t. ſ. *Leutoldus de Hagenowe*, *Perhtoldus de Eſcheibach*, *Meginhard de Hoveſtbach*, *Tragboto de Camere &c.*

Num. III. Circ. ann. 1160.

Notum facimus tam preſentibus quam futuris, qualiter Domina *Richiza de Thalheim* predium ſuum quod habuit in Thalhaim & aliud in Dietfridertorf absque ullius contradictione per manum *Salemanni* ſui *Theodorici de Moſen* contradidit ad altare ſancti Petri in Novo loco in uſus fratrum inibi Deo ſervientium, & in beneficium pro remedio anime ſue & pro modio ſiguli, metrete que dicitur *Cinſmez*, a fratribus eiusdem loci usque ad terminum vite ſue & mariti ſui *Roudolfi* recepit. H. r. t. ſ. *Theodericus de Moſen, & predictus Roudolfus, Fritilo & Chuonradus de Iſmaningen, Folchart de Bache, Ernſt & filius eius Bernhardus de Wiſigazingen, Sigeboto de Humbelin, Selfrat de Pirgarten.*

Item notum ſit omnibus quod quidam de familia Eccleſie ſancti Petri nomine Herrich cum uxore ſua Azila & *filia ſua Imzla* predium ſuum quod habuerunt in Adelhershuſen tradiderunt ad predictam Eccleſiam ſancti Petri in uſus fratrum inibi Deo ſervientium. H. r. t. ſ. *Herrich, Oudalſchalch & Perhtolt de Tuechingen, Bernhart de Ubingen.*

Sciant omnes Chriſti fideles quod quedam ſancte Marie miniſterialis nomine *Adelhaidis de Aſche* predium quoddam in Guecingen ſitum, quod cum marito ſuo *Walchramo* pridem ad Eccleſiam ſancti Petri delegaverat, in depoſitione eiusdem mariti ſui, predicte Eccleſie confirmavit, & a fratribus eiusdem loci in beneficium pro V. numis annuatim perſolvendis recepit. Confirmationis teſtes ſunt, *Ortolfus & frater eius Wernherus de Rubelsdorf, Hainricus frater mulieris de Aſche, Hainricus Rufus de minori Aſche, Walchun & Roudolfus de Guecingen*, & alii plures.

Notum

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus, qualiter *Eberhardus de Weiden* miniſterialis ſancte Marie in Friſinga curtem ſuam Mouſach, quam hereditario iure poſſidebat, potenti manu ſancto Petro in Novo loco pro remedio anime ſue & parentum ſuorum poſt mortem ſuam tradidit & in beneficium a prepoſito eiusdem Eccleſie ſuſcepit: eo pacto ut ſingulis annis denarium aut modium frumenti pro tributo daret. H. r. t. ſ. *Harbo de Biburch, Friderich de Baigen, Ouſchalch de Oufflendorf, Adelbero de Mochingen, Roudolfus de Paſtberch & frater eius Waltman, Sigehart de Miltahe & frater eius Sibot, Heinricus de Adelhershuſen, Roudegerus de Waltheriskirchen, Folchardus de Bachen.*

Cognitioni & memorie poſterorum per hec ſcripta mandatur, qualiter quedam femina *Irmingardis* nomine, filia *Wernheri de Viehte*, predium quod poſſederat hereditario iure Iabingen, precio venditum delegavit per manum *Heinrici de Hittenwrt* ſancto Petro in Novacella Friſinge. H. r. t. ſ. *Antedictus Ainwicus, Reinhart de Zuzeſtorf, Sifridus de Thalaheim, Eberhardus & Heinricus frater eius, Chunradus de Rote.*

Notum eſſe cupimus tam futuris, quam preſentibus qualiter facta eſt conventio inter fratres de Novo loco & inter *Altmannum de Zwainchirchen*, pro quodam allodio eisdem fratribus ab *Uothone de Halſperch* in prenominata villa tradito. Conceſſerunt idem predium prefato Altmanno & pueris ſuis pro tribus ſolidis numorum in feſtivitate beati Martini perſolvendis; addiderunt inſuper, ſi pueri eiusdem Altmanni uno anno obierint, ut patruus eorum *Engelwan* pro eodem tributo idem predium usque ad finem vite ſue obtineret. H. r. t. ſ. *Engelwan de Ahedorf, Pabo de Mazzibach.* Item alius *Engilwannus* prefati frater *Altmanni.*

Notum

Notum fit omnibus Chriſti fidelibus qualiter convenio inter fratres de Novacella & filios *Roudolfi de Slivesheim* ſcilicet *Chuonradum*, *Hermannum & Roudolfum*, & *Wirit & Chunigunt* quandam commutationem facere ſicut fecerunt. Tradiderunt enim predicti homines, & in proprium delegaverunt Eccleſie ſancti Petri Novecelle predium ſuum quale in Slivesheim habuerunt, cum omnibus ad id pertinentibus, videlicet agris, pratis, paſcuis, cultis & incultis; fratres autem retradiderunt aliud predium in Veltmochingen quod tantundem valuit, cum omnibus appendiciis ſuis, agris, pratis & paſcuis, queſitis & inquirendis, & inſuper XII. talenta. H. r. t. f. *Chounradus qui tradidit & frater ſuus Roudolf, Sigehart de Veltmochingen ſocer ſuus, Wernherus de Slivesheim & Roudolf, Roudolf Molendinarius, Meginhalm de Veltmochingen, Alberich filius fratris ſui, Walther de Slivesheim, Oulricus Zudrinch.*

Hi ſunt teſtes qui viderunt & audierunt quod *Herimannus* predium ſuum in Slibesheim manumiſit & Eccleſie ſancti Petri delegavit, & a Domino Chounrado prepoſito aliud in Veltmochingen recepit. *Chuonradus de Slivesheim, Sigehardus de Veltmochingen, Leup, Hartman, Marquardus de Solaren.*

Sciant omnes quod quidam *Chuonradus de Herberchirchen* cum uxore ſua *Willibirga* potenti manu nullo contradicente, delegavit Eccleſie ſancti Petri predium ſumm iuxta Herberchirchen in monte ſitum, in uſus fratrum inibi Deo ſervientium. H. r. t. f. *Adelbertus de Giſenvelt, Heinricus & Hartman de Pozen, Udelricus de Tuechingen; de familia Eccleſie Hainricus miles, Ulricus Zudrinch.*

Omnibus Chriſti fidelibus notum eſſe cupimus qualiter H. Iudex de Friſinga aream unam quam emerat a Domino *Arnoldo de Chamer* & eſt ſita apud aream que pertinet ad Hoſpitale, tradidit

ad

ad altare ſancti Petri pro remedio anime filii ſui *H.* defuncti & omnium parentum ſuorum: huic itaque interfuit Dominus *Roudpertus filius predicti H. iudicis & gener ſuus C. de Wolfolteſtorf*, & duo alii filii iudicis, & ſine contradictione favebant ipſi traditioni. Huius rei teſtes ſunt, *Hainricus der Mutirichingar*, *Counradus der Aertingar*, *Counradus der Waner*, & *filius ſuus Hartwicus*, *Sifridus Huntsbalch*, *Herbort der Hohenhuſar*, *Hainricus Winſſe*, *Wernhardus de Dorfen & filius.*

Sciant omnes Chriſti fideles tam futuri quam preſentes, qualiter quidam liber homo nomine Wolfoldus cum filio ſuo nomine Hennrico ad Novam cellam venerunt, & hic ſeculo ſe abrenunciaturos velle ſpoponderunt, ſi voluntatem predictorum fratrum unanimem eos recipiendi inveniſſent. Prepoſitus itaque eiusdem celle nomine *Hermannus* ſuper hac re adventus ipſorum nimis exhilaratus, cum gaudio eosdem recepit, & in predictam cellam introduxit, noxque illi ad beati Petri altare accedentes, *capita ſua ſuper prefatum* altare poſuerunt, & in eadem cella ſub regula premonſtratenſis ordinis perpetuo ſe manſuros devoverunt. Tradentes eadem hora predium ſuum in Tegernbach in uſus fratrum ibidem Deo ſervientium: cuius predii partem prefatus Wolfoldus cuidam homini nomine Heinrico qui vulgo dicebatur Zwingel pro ſedecem talentis pignoraverat, quam partem predictus prepoſitus redemit, & idem predium Eccleſia noſtra per triginta annos cum bona quiete poſſedit. Defunctis itaque ambobus patre & filio, quidam cognati eius quorum nomina hec ſunt, *Marquardus*, *Ebo*, *Peringerus* & ſoror ipſorum nomine *Willebirch* nimis nos infeſtabant: aſſeverantes ſe iuſtos heredes predii eiusdem fore. Cuius rei actio tam diu ventilata eſt, in preſentia Domini Friderici Palatini Comitis, donec ipſe nutu Dei inſtinctus, litem iſtam tali modo decidit, quod prefatis cognatis octo talenta Do-

minum prepositum dare consuluit: Ea ratione, ut quicunque eandem Ecclesiam a modo infestaverit, in universali iudicio nobiscum contendat. Huius rei testes sunt, *Dominus Fridericus, Otto puer Palatinus, Eberwinus de Lobesingen, Marquardus, Peringerus, Ebo fratres de Zucheringen, Diepoldus de Affingen, Gotfridus de Petenbach, Hainricus de Werde & miles eius Herbordus, Rudegerus de Lintahe, Perchtoldus de Snaisbach, Amelbrat de Grisebach, Chuonradus de Starcheshusen, Gerung de Perge, Chunrat & Sifrit de Stupen, Rudegerus de Sigenburch, Thanus de Chamere, Hademar de Piburg, Albero de Afalshusen, Marquardus de Nordelingen, Wernhart de Punchart, Rupret de Rutk, Engelwart de Lobesingen, Rupret & filius eius de Wangenbach, Otto de Thalehusen, Uolricus de Stirlingen, Ch. de Luxemos, Sibant de Parre, Balduinus & Sifridus de Witelenbach, Balduinus de Wasen.*

Noticie posterorum scripto comendandum duximus, qualiter quidam presbiter nomine *Ropoto, de familia & conditione ministerialium* Frisingensis Ecclesie, vidente & consentiente venerabili eiusdem sedis Episcopo Domino Ottone, per manum *Isenrici Camerarii*, pro remedio anime sue omniumque parentum suorum, tradidit & nullo contradicente delegavit ad altare sancti Petri Novecelle, tale predium quale apud Wanginbach hereditario iure possidebat: offerens pariter canonica iustitia ad predictum altare *filium suum Roubertum*, regula beati Augustini iuxta disciplinam premonstratensium ibidem instituendum, & permansurum. Recepit autem idem presbiter in beneficium id quod tradiderat predium; eo tenore ut in vita sua singulis annis per denarium unum possessionem Ecclesie beati Petri recognoscat. H. r. t. s. *Isenrich & filii eius Heinrich & Isenrich, Chunrat de Haidolfingen & frater eius Fritilo, Altman de Heidolfingen, Gerunch de Rubendorf, Ruland*

de

de Puhilhusen, Gotefrit Pincerna & Sigifrit de Wolfoltesdorf, Heinrich Choph, & plures alii.

Eodem pacto duo germani fratres *Wolfhere* & *Sinzo*, famuli beate Marie Frisinge, annuente eorum Domini *Ortolfo*, *cui licet eius essent secundum carnem propinqui, conditione tamen servicii debitores erant*: presente supranemorato venerabili antistite Ottone, semetipsos reddiderunt & absque contradictione delegaverunt ad Ecclesiam beati Petri Novecelle, predium suum apud Veltmochingen, cum universis pertinentiis, cultis & incultis, quesitis & inquirendis, pratis, pascuis, exitibus & reditibus; & ipsi pariter in eadem Ecclesia continuo seculo abrenunciaverunt. H. r. t. s. *Isenrich Camerarius & filii eius, Heinrich & Isenrich, Sigifrit de Wilbahh, Chunrat de Heidolfingen, Sifrit de Wolfoltesdorf, Altman de Haselbach & filius eius Sigihart*, & alii quam plures.

Circ. 1150.

Sciant omnes Christi fideles qualiter frater *Herimannus* cum germano suo fratre *Ortolfo* predium suum in Perchaim, per manum delegatoris sui *Eberhardi de Riede*, delegavit Ecclesie sancti Petri in usus fratum ibi Deo servientium. H. r. t. s. *Predictus Eberhardus de Riede cum filio suo Wolfhero, Eunwich de Hittenfurt, Eberhart de Werde, Fritilo de Ismaningen, Eppo de Marzelingen, Gebehart de Outingen, Heinricus de Carintia, Heinricus de Gartenshusen, Otto de Gebensdorf.*

Notum esse cupimus omnibus Christi fidelibus qualiter Dominus H. Iudex de Frisinga agrum situm in Rietchamer inter predium fratrum sancti Petri, tradidit in usus ipsorum fratrum pro remedio anime sue. Predictus itaque H. Iudex idem agrum perceperat in pignore a quodam *Uolrico* qui dicebatur Dorffenar, pro

tribus marcis puri argenti; & ita, ut sibi inpignoraverat Ulricus, fratribus ipsum agrun, ipso vivente si redimeret, dari disposuit. Evolutis non multis diebus, Uodalricus corpore discedit & uxor eius cum aliis parentibus suis ius quod ad eos in agro prenominato cessit, pro remedio anime Oudalrici manumiserunt & sic largirionem iudicio fratres in usus suos receperunt. H. r. t. s. *Eberhardus de Swabingen & frater eius Fridericus, Chuonradus Camerarius, Hainricus Iudex & Filius eius Hainricus.*

Posterorum memorie commendandum duximus qualiter fratres sancti Petri in Novo loco convenerunt cum nobili milite *Pertholdo de Frauenhoven* nec non & *Hartmanno* qui fuit miles *pueri felicis*, pro parte prati quod inferius cenobii situm est. Predictus itaque Hartmannus ipsum pratum a Domino *Pertholdo* prenominato iure beneficii receperat, quod ius fratres *predicti ab* ipso H. duobus talentis probate monete in usus suos comparare disponebant. Et ut eo firmior & sanior esset hec conventio fratribus & eorum successoribus nobilem militem P. ad cuius manum ius feodale pertinuit super hoc consulerunt, & bonam voluntatem suam petitionibus suis & X. solid. probate monete obtinuerint. His ita finitis Dominus P. ius feodale attinentis sibi prati de manu H. recepit, & ad peticionem fratrum de familia sancti Petri, quos sibi elegerunt infeodavit. Hec sunt nomina illorum que infeodati sunt a Domino *P. Uolricus Zudrinch, Hainricus Houbtolf, Rubertus Snabel, Dietricus officialis, Chuonradus Planche, Hainricus Pruchar, Gebehardus frater Ruoperti.* Acta sunt hec in presentia Domini Ottonis Frisingensis Episcopi audientibus & convidentibus testibus his, *Pertoldus de Frauenhofen & milite eius Dietmaro*; cui dati sunt LX. denarii, *Hainrico iudice & filio eius Hainrico de Frisinga, Uolricus de Zuodrinch, Chuonrado Gutsun, Ratpkret Snabel*

&

& filio suo Hainrico Houbtolf, & alii quam plures de ministerialibus Episcopi, de urbanis & de familia Ecclesie sancti Petri.

Notum sit omnibus Christi fidelibus qualiter Dominus Ougo maioris Ecclesie canonicus molendinum suum in Hangenhaim, per manum delegatoris sui *Adeleldi de Dornibach*, tradidit Ecclesie sancti Petri Novecelle in usus fratrum ibi Deo servientium. H. r. t. s. *Oulricus Vertinch*, *Predictus Adelolt*, *Roudolfus de Talehaim*, *Wernherus de Gundolteshusen*.

Item predictus Uogo aliud predium in Serze per manum delegatoris sui *Heinrici felicis pueri* dedit Ecclesie sancti Petri Novecelle. Huius rei sunt testes, *Predictus Heinricus felix puer*, *Adelolt de Dornibach*, *Eberhardus de Werde*, *Sifrit de Rubendorf*, *Rudolf de Talehaim*, *Hainrich de Wolvoltesdorf*, *Hartwich de Frisinga*, *Fritilo de Ismanningen*, *Bertholt de Eschelbach*, *Adelpreht Marschalc*.

Item *Fritilo de Puopheslorf* ibidem predium suum situm tradidit Ecclesie sancti Petri in Novo loco, in usus fratrum ibi Deo servientium. H. r. t. s. *Mazilo*, *Chuonradus de Tuochingen*, *Gotfridus de Iatechingen*, *Outo de Halsberch*.

Item *Magenso de Pergen* partem predii cuiusdam in Halsperg, scilicet III. partes vendidit nobis pro IIII. talentis & huic Ecclesie potenti manu delegavit. H. r. t. s. *Wilmunt de Ambra*, *Ottoldus & filii eius Chunradus*, *Richerus de Frisinga*, *Heinricus filius Hainrici iudicis de Wolfoltesdorf*, *Uolricus de Satelaren*. Hanc eandem delegationem consumavit uxor eiusdem Magensonis in manum Domini *Engelscalci* prepositi cum filiis & filiabus suis. Huius rei & confirmationis testes sunt *duo filii ipsius Hainrich & Purchart*, *Engelphret de Perge*, *& Albero*, *& Hainrich*, *& Gotescalch*, *Meingoz de Perge*, *Richerus de Humbelen*.

Item *Wolfherus filius Hartwici & Chuonradus de Wilchinge* patruus suus predium suum in Outing in vadio posuerunt fratribus in Novacella pro triginta sex talentis. H. r. t. f. *Mazilo de Frisinga*, *Heinricus de Giselbach*, *Reinpot de Pacharen*, *Pertholt de Ulizzingen*, *Chunrat de Lern*, *Altman Camerarius Episcopi*, *Heinricus iuxta fontem*, *Meinhart de Lern*, *Chunrat Roum. idem Wolfher*, *Ulr. Zudrinch.*

Notum esse cupimus omnibus Christi fidelibus quod *Gotscalcus de Albretesperg* predium suum ibidem situm fratribus de Novo loco pro duobus talentis in vadio posuit, & in manum *Bergeri de Hartenhusen*, iisdem fratribus conservandum, delegavit: ea pactione ut si idem Gotscalcus prius vita decederet quam predictis fratribus duo talenta persolveret, predictus Beringerus ipsum predium Ecclesie sancti Petri delegaret. Huius *rei testes sunt*, *Uolschalch de Altenhusen*, *Walchun & Friderich de Paumgarten*, *Arbo de Guntolteshusen*, *Predictus Beringerus*, *Roudolf Suzel*, Otto *de Altenhusen*, *Wolfhart de Puren.* Evolutis itaque decem & septem diebus predicto Gotschalco occiso, Berngerus qui fuit *Salemannus* a venerabili Engelschalco preposito admonitus de fide, idem predium delegavit Ecclesie sancti Petri in usus fratrum ibi Deo servientium pro anima ipsius Gotscalci & omnium parentorum suorum. H. r. t. f. *Beringer de Gartenhusen*, *Arnoldus Salwe*, *Eberhart Callo*, *Lienhart Casto*, *Karolus & Wernhar de Gundoldeshusen*, *Sigeboto de Pache*, *Pertholt de Ulizzingen.*

In Halle habemus nonam partem in *patibulo*, *Galchrabe*, quod dicitur Penzignare: septimam partem in patibulo *Galchrabe* quod dicitur Platuhevare, dimidium locum patelle in loco qui dicitur Ruzze. Testes huius rei sunt, *Heinricus filius Hainrici qui dicitur Wizze & frater suus Pabo, &c.*

Item

Item *Hartwicus de Wolvoldesdorf* predium suum in Herberchirchen per manum delegatoris sui *Eberhardi de Werde* dedit Ecclesie sancti Petri & a venerabili C. preposito in beneficium pro V. numis vel modio avene singulis annis persolvendo, usque ad terminum vite sue recepit. Huius rei testes sunt, *Pertholdus de Reicherchusen*, *Vogo*, *Heinrich filius Heinrici iudicis de Wolfoltesdorf*, *Chuonradus Penne*, & alii plures.

Circa 1170.

Item *Otto Palatinus Comes maior* predium quoddam in Lern per manum *Ottonis de Mosen*, delegavit Ecclesie sancti Petri: ea pactione, ut in anunciatione sancte Marie fratribus de hoc bene serviatur & post obitum suum & *Palatisse Agnetis coniugis* sue, in anniversario eius pro anima ipsius & predicte Agnetis ipsum servitium detur. H. r. t. f. *Predictus Otto de Mosen Chunrat de Aheim Arnolt de Adelaren*, *Arnolt Salwe*, *Paltwin de Zollingen & filius suus Adelpreht*, *Friderich de Papngen*, *Gotfrit & Walchun de Altenhusen*, *Heinrich de Ried*, *Hermut de Perusdorf*, *Heinricus de Ehmutingen*, *Meinhart de Lern*.

Item *Fridilo de Gugenhusen* predium suum ibidem situm per manum delegatoris sui *Diepold de Wippenhusen* dedit Ecclesie sancti Petri, in usus fratrum ibi Deo servientium, pro anima sua & omnium parentum suorum. H. r. t. f. *Aimpich & Chuonrat filius eius de Hiltenwrt*, *Predictus Diepoldus & filius eius Friderich*, *Chuonrat de Hasalbach*, *Lieder de Eberhartesdorf*, *Aribo de Viehte*, *Heinricus de Wihense*, *Adelbero de Unzehoven*, *Walchun de Alterhusen*.

Item quedam nobilis femina *Willebirck de Gurlon* volens renuntiare seculo, patrimonium suum tam in agris quam in vineis, que habuit in Campille & in Russan, & in harena equaliter in duo divi-

divisit, & partem unam filio suo *Adelbero* reliquit, alteram Ecclesie sancti Petri ubi manere decrevit, cum consensu filii sui donavit; ita tamen ut usque dum ipsa supervixerit, Ecclesia partes utrasque quiete possideat, & si predictus Dominus post obierit iterum Ecclesia porcionem eius cum altera perpetuo possideat. Huius rei testes sunt. *Chuonradus de Severs*, *Gotscalch de Valcvestein*, *Oulrich de Gronesbach*, *Hainrich de Gaussenare*. Postmodum predicta Willebirch, ut donationem suam Ecclesie confirmaret, *Hartmannum Salemannum* suum in Hartchirchen de fide admonuit & porcionem Ecclesie in manum *Ingrammi de Hartchirchen* delegari petivit conservandam predicte Ecclesie. H. r. t. s. *Eberhart Calbo*, *Arnolt Salwe*, *Ludewich Vertinch*.

Circa 1185.

Sciant omnes Christi fideles tam futuri *quam presentes* quod quedam ministerialis sancte Marie nomine Tuta de Marcelingen predium suum in eodem vico quod hereditario iure possedit, absque omni contradictione tradidit ad altare sancti Petri in usus fratrum ibi Deo servientium, pro remedio anime sue & omnium parentum suorum, in presentia Domini Alberti Episcopi & *Ducisse Bawarie*. Huius rei testes sunt, *Wernherus de Gibestorf*, *Heinricus felix puer*, *Diepoldus de Wippenhusen*, *Sifridus de Tanne*, *Perngerus & Heinricus frater eius de Gartenhusen*, *Hartwicus de civitate*, *Roudolf de Riede*, *Engelwanus & frater eius Hainricus de Ahedorf*, *Eberhardus de Tagolvingen*, *Perhtolt de Ribestorf*, *Marsilie de Gebenstorf*, *Altmannus Camerarius Episcopi*, *Sigeboto*, *Eberhardus de Chumezdorf*.

Circa 1170.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter *Walchuon* tradidit ad altare sancti Petri Novecelle pre-

predium quale in Ergoltingen poſſedebat, pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum: ea videlicet pactione, quod ſingulis annis cenſum, ipſe & uxor eius & due filie eius, in feſto beate Marie, triginta denariorum perſolvant, quoad usque ipſe vivant, & poſt obitum ipſorum in uſum Eccleſie cedat. Huius rei teſtes ſunt, *Dietmar*, *Chuonrat*, *Oulrich*, *Hainrich de Pliefliex*.

Notum facimus tam poſteris quam preſentibus, qualiter *Gotſchalcus & Altmannus de Volcholtesberg* tradiderunt predium quoddam in Halſperg ſitum, ad altare ſancti Petri Novecelle Friſinge, pro remedio animarum ſuarum & omnium parentum ſuorum. Huius rei teſtes ſunt, *Chunrat*, *Ainwich*, *Diepolt de Halſperch*.

Notum facimus tam preſentibus quam futuris, qualiter *Eberhardus de Veltmochingen* tradidit predium ſuum ad altare ſancti Petri Novecelle Friſinge pro remedio anime ſue omnium parentum ſuorum. Huius rei teſtes ſunt, *Walchunus*, *Gotfrit*, *Otto*, *Eberhardus de Altenhuſen*, *Walchunus de Pawengarten*, *Chunradus de Marcekingen*.

Memorie poſterorum comendandum duximus, quod Domina *Gerdrudis de Wolfſtorf* tradiderit cum liberis ſuis *Chunrat*, *Richer*, & filia ſua Willibirgi predium ſuum in Aiereingen ſitum per manum delegatoris ſui *Wolfheri de Rehensdorf* ad altare ſancti Petri in miniſterium fratribus ibi Deo ſervientibus. Inſuper & eandem filiam ſuam obtulit ſub regula beati Auguſtini permanſuram. Huius rei teſtes ſunt, *Walchuonus & frater eius Fridericus de Pauwengarten*, *Purchart & fratres ſui*, *Diepoldus de Wippenhuſen*, *Sibot Diſpenſator*, *Diepolt de Grumershuſen*, *Heinricus de Ouſte*, *Chunradus de eodem*, *Gotfrit de Puechperch*, *Richer & Ilſuonch de Friſin-*

ga, Gerwich & frater suus Oudelpreht, Arbo de Hangenheim, Rudolf, Dietkart, Wolfhart.

Scire debet omnis Christianitas, qualiter *Albertus* qui dicitur *Heiden*, inpignoravit nobis vineam & aream suam in Ebersdorf, quam possedit in ius quod dicitur Perchreht per manum prepositi Hartmanni, nullo contradicente pro XXX. talentis. Huius rei testes sunt, *Roudegerus de Altheim, Dietmarus Tilare, Eberhardus, Gotfridus, Roudeger filii eius, Hainricus de Abersdorf, Euerich & Hainricus de Emersdorf.*

Pateat omnibus in unitate Ecclesie existentibus qualiter *Chuonradus de Lochchirchen* pratum suum in Lern situm tradidit ad altare sancti Petri pro remedio anime sue & uxoris sue: ea conditione ut quando obierit & uxor eius, sepeliatur *in Cimiterio* sancti Petri. Huius rei testes sunt, ipse *Chunradus, Hainricus de Zvelstorf, Chunradus de Vilse.*

Circa 1185.

Notitie posterorum commendamus, qualiter *Wernherus de Gundolteshusen* & soror eius *Richenza* predium suum in Gundolteshusen, quod se hereditario iure possidere dicebant, ad altare sancti Petri tradiderunt; sed quidam nobilis *Hainricus de Arenbach* dixit prefatum predium, una cum predicto W. & sorore sua, libera hereditate sibi devenisse, & ob hoc voluntati ipsorum obstitit, nec facultatem eiusdem rei illis concessit. Fratres itaque sancti Petri obstaculum hoc sentientes, in presentiam Domni Ottonis Frisingensis Episcopi & ministerialium nec non & canonicorum venientes, predicto *Heinr. de Arenbach* X. solidos probate monete dare spoponderunt & dederunt: ipse vero Heinricus in conspectu omnium eadem hora quidquid iuris in ipso predio &

in

in prefatis hominibus habebat dimisit, & libera manu sancto Petro & fratribus ibi Deo servientibus tradidit & factum fide data Episcopo confirmavit; quod votum ipse W. & soror eius libenti animo ilic persolvit. Huius rei testes sunt, *Pertholdus*, *Pernhardus de Grunnenbach*, *Hainricus felix puer*, *Adelolt de Dornibach*, *Chuonradus de Humbelen*, *Hainricus de Neurtingen*, *Hainricus de Adelhershusen*, *Hartmannus miles felicis pueri*, *Chunradus Szunt*, *El. de Cholbach*, *Willehalm de Giecenbach*, *Ulricus Zudrinch*, *Meinhalm de Stibezheim*, *Wernherus & Chunradus de Gundolteshusen*, *Bertholdus de Spize*.

Circa 1190.

Cunctorum Christi fidelium tam presentium quam futurorum tenaci commendetur memorie lis que actitabatur inter fratres sancti Petri, & duos germanos *Lampertum & Hainricum de Kienberch*, de predio sito in Rouhpalzingen qualiter decisa est. Hoc inquam prefato predio, rogatu & resignatione *Chonradi de Wolfoltesdorf* a venerabili Frisingensi Episcopo Ottone II. a quo idem C. ipsum predium feodi iure acceperat, fratres Novecelle sunt investiti; nam duos liberos eiusdem C. suo admiserunt collegio. Sed postea cum idem C. iens in expeditionem sancte crucis vitam finivit, conventus sancti Petri a supradictis duobus germanis multiformiter sunt quassati iniuriis: dicentibus predictum C. nullam vim iuris eidem conventui in hoc predio conferendi habuisse, cui solumodo pro duobus fuerat obligatum talentis. Multis itaque utrimque conflictationibus fratrum Novecelle conventus predictos germanos cum dativo quatuor talentorum a petitione predii removerunt, & ipsi omne ius quod in predicto predio sue prati cedere fatebantur, abdicarunt in audientia Domini Episcopi; qui mox ipsum predium secundario servitio fratrum Novecellensium inviolabiliter indulsit. Huius rei testes sunt, *Uolricus Prepo-*

situs S. Viti, Wernhardus Canonicus & Diaconus, Albero de Sandolteshusen, Folmarus de Wicherhoven, Gerwicus de Pubenhusen, Chuonradus Camerarius, Guntherus de Wisenbach, Sigehardus de Chienberch, Diepoldus de Wippenhusen & filii eius Fridericus & Hainricus, Hainricus de Rundingen, Counradus de Pacharen, Otto de Vatersdorf, Ulscalcus Prepositus & fratres sui, Counradus Gutsun.

Notum sit omnibus, quod quidam nobilis *Comes Ekebertus* nomine, propria manu sua Ecclesie S. Petri aput Frisingam, que dicitur Novacella, aliquantulum agrum contradit in censum annualis stipendii quod dicitur *Perchrecht:* videlicet tres urnas vini. Ager itaque iste situs apud fluvium qui dicitur Weinzenbach. H. r. t. s. *Pernhardus Presbiter, Meinwardus, Ulricus, Gotfridus, Wichmannus &c.*

Scire cupimus omnes Christi fideles quod quidam ministerialis ducis Bawarie nomine *Arnoldus de Chamer*, prediolum quoddam situm in Salmanningen tradidit ad Ecclesiam sancti Petri, & in usus frarrum ibi Deo servientium, pro remedio anime sue & omnium parentum suorum. Acta sunt hec in presentia Domini Ottonis Frisingensis Episcopi & nobilissimi principis Luodwici Ducis Bawarie, nec non per manum filii *Pertholdi*, ut eo firmius & certius est ipsum remedium prefate Ecclesie. H. r. t. s. *Loudwicus Dux Bawarie, Pilgrimus de Mosen, Pertholdus de Rohetingen, Otto Choph & frater eius Oudalricus, Pertholt de Frawenhoven, Predictus Arnoldus de Chamer & filius eius Pertholt de Praitenecce, Hartnidus de Eitterbach & frater suus Hainricus, Wimar de Icendorf, Albertus Sibenhar, Sigehardus de Hittenvurt. De ministerialibus Episcopi Roudolfus de Waldecce & frater suus Otto, Guntherus de Iesenbach, Engelmarus de Otenburch, Hainricus Camerarius, Chunradus de Hunbelen, Sigehardus Dapifer.*

Pre-

Preterea alius quidam miniſterialis Ducis *Oulricus* qui dicitur *Loter*, in ipſo vico aliud prediolum par prediolo Domini Arnoldi tradidit ad altare ſancti Petri, pro remedio anime ſue & uxoris ſue *Mathildis*, que etiam ipſo die tradicionis predii ſepulta eſt in Cimiterio ſancti Petri. H. r. t. ſ. *Sigehardus de Hittenwrt, Hainricus de Cholbach, predictus Oudalricus Loter, Hainricus de Munſter, Albero miles.*

Notum eſſe cupimus tam preſentibus quam futuris, quod miles quidam *Prouno* nomine *de Teuphenpach* predium quoddam ſitum in eadem villa, quod ipſe emit a quadam muliere *Pertha* & filio eius *Engelwano*, omnibus eiusdem mulieris conſentientibus propinquis; hoc inquam predium tradidit fratribus ſancti Petri Novecelle, per manum *Salemanni ſui Pernhardi de Ahedorf*, preſente Domino ſuo *Alherone de Heitencheim* & uxore ipſius Prunonis, & aſſenſum prebentibus, pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum: tali condicione, quod ipſe quoad usque vixerit annuatim V. denariorum cenſum perſolvat. H. r. t. ſ. *Dominus Albero de Heittencheim, Heinricus frater predicti Prunonis & filii ſui Roudegerus, Magens, Roudegerus; Pernhardus delegator ipſius predii, Roudegerus de Urilingen, Pernhardus de Chranwinchel, Ortolfus de Vihte, Heinricus de Ridelcheim, Counradus Villicus ipſius predii Heinrich de Perchoven.*

Notum ſit omnibus Chriſtianis tam preſentibus quam futuris, qualiter Dominus Hainricus ſacerdos & miniſterialis delegavit predium ſuum in Sticingen ſitum per manum fratris ſui *Walchuni*, ſuper altare ſancti Petri: ea conditione ut quamdiu vivat cenſum trium denariorum annuatim inde ſolvat, in teſtimonium quiete poſſeſſionis ipſius Eccleſie poſt obitum predicti Heinrici. Huius rei teſtes ſunt, idem *Walchunus, frater ſuus Eberhardus Caſto, Gotpoldus de Sticingen, Wernherus Suevus, Sigebot de Holzehuſen.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, qualiter duo germani *Uolſcalcus & Geroldus* delegaverunt potenti manu predium ſuum in Otolvingen ſitum, ſuper altare ſancti Petri Novecelle, in uſus fratrum ibi Deo ſervientium, pro remedio animarum ſuarum & omnium parentum ſuorum. H. r. t. ſ. *Counradus villicus de Altenhuſen & filius ſuus Hainricus, Herbort de Cellenhuſen, Uolrich de Tuechingen, Mazilo de Ouſte, Adelun de Friſinga. Geroldo* ſemivivo in delegatione ipſius predii aſſiſterunt tres viri hi, *Wolfolt, Lanpreht, Egeloif*, & alii quam plures predicti viri convillani.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, qualiter *Uolricus de Purbach* predium ſuum ſitum apud Eccleſiam in Purbach, tradidit ad altare ſancti Petri in uſus fratrum ibi Deo ſervientium, pro remedio anime ſue & *omnium parentum* ſuorum. H. r. t. ſ. *Ulricus Camerarius de Tauphkirchen & frater ſuus Albero de Ibach, Chounradus de Lochchirchen*, Uolricus de *Phraumbach, Rudolfus de Innengen, Albero de Puribach frater predicti Oudalrici.*

Ad noticiam poſterorum commendandum duximus, qualiter lis illa que diu actitabatur inter fratres de Novacella ſancti Petri Friſinge, & inter *Chunradum de Richartesdorf* & matrem eius & poſteritatem eius de curte illa que vocatur Thalahaim deciſa eſt. In hoc enim utreque partes convenerunt, ut predicti fratres ipſi Chuonrado & matri eius duo talenta darent, quod & ſtatutis tunc temperibus fecerunt. Hanc conventionem venerabilis propoſitus eiusdem celle nomine Hainricus in ſancto die Epiphanie Wartenberch veniens Domino Ludwico Duci Bawarie & matri eius *Agneti Duciſſe* notificavit, & ut eandem conventionem ratam haberet quam intime rogavit. Prefatus Dux, quamvis puerulus tamen nutu Dei inſtinctus eundem Chounradum in preſentia ſui ſtatuit,

tunt, & ſuper hac re quid ſue voluntatis eſſet inquiſivit. At ille manu propria in mann Ducis poſita laudamentum, *quaſi iusiurandum fecit*, predictum prepoſitum & fratres eius numquam ſe amplius nec aliquem ſuorum cognatorum vexaturum, cum omni fidelitate promiſit. Super hac re idem Dux Bawarie Luodwicus & prefatus prepoſitus teſtes per aurem tractos adhibuerunt, quorum nomina hec ſunt: *Hainricus Comes de Altendorf, Altmannus Comes de Abenſperch, Chounradus Comes de Dorniberch, Oulſchalch de Harſchirchen, Ortolfus Judex, Dietrich de Moſen, Counradus de Craidorf, Hainricus de Piburch, Sifrit Chopf, Hartnit & frater eius Pertholdus de Frawenhoven, Uolricus Judex de Valchenberch, Wichnant de Zuelſtorf, Hainricus de Praitenwiſen, Uolricus Strobel de Giſelbach, Hainrich de Himmengen, Uolricus de Puribach, Liupolt de Aſſelheshuſen, Rupret de Laumbach, Uolrich de Taufchirchen, Grimolt de Priſingen, Arnolt de Chrumbach, Counradus & frater eius de Vaterſtorf, Albret de Liutercoven, Albret de Liutingen, Counradus de Richartesdorf, Hainricus Ganch. Hainricus ſororius eius, Hainricus de Frongaschirchen, Eberhardus Schelle*, & alii quam plures.

Notum eſſe cupimus omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quidam miles nomine Counradus predium ſuum in Schalchesdorf potenti manu, nec non & filius ſuus, tradiderunt ad Eccleſiam ſancti Petri: ea conditione ut prefatus Counradus cenſum XXX. denariorum quoad usque vivat fratribus ibi Deo ſervientibus de ipſo predio annuatim perſolvat, poſt obitum vero eius, filius ſuus ipſum ius cenſuale fratribus prefatis ſolvat: mortuo itaque filio ſi ſine herede deceſſerit omne ius ipſius predii in uſus fratrum Novecelle libere cedet. H. r. t. ſ. *Wernhardus liber de Siboltesdorf, Charel de Rotenbach, Hainrich de Frantenhuſen, Hainricus Thelonearius de Giſenhuſen, Ulricus Chulech, Wernhardus Roſemuſcel Walbrun, Albret der Aichere, Hainricus privignus, Albret, Hainricus Chapellare, Chunradus Wazingar, Hainricus Steze.*

Ego

Ego Ekebertus quoddam precipitium montis contigui duabus vineis in Ebersdorf S. Petro in Novacella contradidi: ea conditione que dicitur *Perkrecht*, ut singulis annis XXX. numi exinde mihi solverentur; quod subscriptione sigillata coram Frisingensi Episcopo Ottone II. & infra scriptis testibus stabilivi, *Alberto de Iochowe, Conr. & Bertholdo de Gozzesheim, Rudolfo de S. Georgio & Udalrico filio meo, Hartmano de Emarsdorf, Gotfrido de Iwenstein, Heinrico de Puschingen, Chunrado de Wirmersdorf, Ulrico de Pomalingen, Alram de Goscecheim &c.*

Circa 1195.

Memorie posterorum commendandum duximus, qualiter Dominus *Eberhardus qui dicitur Wizmaler* predium quoddam situm in Lauppen tradidit potestativa manu Ecclesie S. Petri Novecelle & fratribus ibi Deo famulantibus, pro remedio anime sue & omnium parentum suorum. Acta sunt hec in Monaco in presentia Domini Loudwici Ducis Bawarie, annuente & consentiente uxore predicti Eberhardi, & pueris suis in presentia Episcopi Frisingensis; presentibus istis & ad testimonium invitatis; *Arnoldus de Kainer & filius eius Pertoldus, Guntherus de Iesenbach, Engelmarus de Ortenberg, Sigehardus de Kinberg.*

Circa 1200.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod *Altmannus miles de Taunstetten* gravi morbo laborans, in manus prepositi Novecelle qui eum unxit oleo sancto, tradidit predium quoddam situm in Tiernhusen ob remedium anime sue & parentum suorum. Illud inquam predium adhuc vivens tradidit S. Petro ad usum fratrum Deo & S. Petro in Novacella servientium: filio & uxore Alhide presentibus & consensum presentibus. In die vero predicti *A.* sepulture, filius & uxor eius illius predii traditionem solempnizare curaverunt, & tradiderunt illud ad altare S. Petri sine alicuius con-

contradictione. H. r. t. s. *Fridericus Sappo maioris Ecclesie Canonicus, Uolricus de Etenchirchen a quo predictus Al. idem predium emerat, Henricus de Tanstetten.* Fratres predicti debent predium illud solvere, pro IIII. libris Altmannus illud obligaverat.

Ann. 1218.

Notum sit omnibus Christi futuris & presentibus Christi fidelibus, quod fratres S. Petri Novecelle Frisinge a quodam *Wichardo de Wirinstorf* emerunt agrum situm in Waizenpach, quem agrum idem Wichardus resignavit Comiti *Ekkeberto*, a quo Comite predicto agro fuerat infeudatus. Ipse Comes agrum illum pro remedio anime sue, tali iure quod dicitur *Purchrecht* predictis fratribus contulit. Postmodum quidam *Wernherus*, Domini Dietmari prepositi de Pechlaren sororius, eosdem fratres super predicto agro inpetebat; firmiter asserens quod ipsum agrum diu ante hoc emerat, & quod sibi iure emptionis conpeteret possessio. Predicti vero fratres, ne eis diceretur quod essent materia litis, causa hinc inde sepius ventilata, coram bonis viris cum predicto Wernhero amicabilem compositionem fecerunt: & sibi dederunt IIII. libras, & ipse & sua parentela ab inpetitione & infestatione fratrum super predicto agro abrenunciaverunt; & ipsi fratres libere & quiete possessionem agri intraverunt. Acta sunt in castro Wiltenekke anno incarnationis Dominice MCCXVIII. indictione VI. XII. Kal. Nov. presentibus inferius scriptis ad testimonium invitatis. Nomina testium sunt hec *Dietmarus Prepositus, Henricus Ostirman, Ulric. Vorstar, Bertoldus Plebanus de Steinkirchen, Albertus de Chochingen.*

Ann. 1237.

Noticie posterorum duximus commendandum, qualiter lis decisa est que vertebatur inter Ulricum Prepositum & Conventum sancti Petri Novecelle Frisinge ex una parte, & ex altera parte videlicet filios Ulrici quondam hominis nostri & officialis, &

cuiusdam Chunradi scolaris filii sui, quem habuit ex concubina, de vinea que sita est in Einoede, quam prefatus Uolricus sepius contulit prefate Ecclesie testibus adhibitis. Tandem procedente tempore personaliter per manum propriam delegavit predictam vineam in Eberstorf ad altare S. Petri Novecelle Frisinge. Defuncto itaque predicto Ulrico, pueri sui putantes se de tali traditione gravari, quamvis tamen dicta delegatio ante desponsationem matris eorum solempniter fuerit celebrata, visum est probis & discretis viris quod eorum processus in hac parte plurimum effea debilitatus. Demum prepositus Novecelle & pars adversa coram Domino *Friderico de Reurippe* preposito canonicorum maioris Ecclesie in Frisinga & Domino *Heinrico de Celkingen* taliter conposuerunt, quod prenotatus prepositus Novecelle vice Conventus sui Karradam vini & dimidiam maioris mensure dictis pueris *in continenti* persolvit, & ipsi versa vice omni iuri quod in *prefata vinea que* est in *Einode* apud Eberstorf videbantur habere, & in omnibus que ad prefatam spectant Ecclesiam penitus abrenunciaverunt. Et sic lis est decisa. Acta sunt hec coram Domino Friderico de Reurippe & Domino *Heinrico advocato de Celkingen* anno gratie MCCXXXVII. H. r. t. s. *Fridericus Prepositus, Hennricus & Albertus Advocati de Celkingen, Dominus Rudegerus de Liden & miles eius Reinoldus, Engil. Pertoldus Parrochianus de sancto Georgio, Wetzilo & Rudiger fratres de Sirinch, Hennricus de Steinvelt & filius eius Gebolfus, Hennricus de Gozzinsperg, Hernricus de Metzinstorf, Chunradus de Wiene, Henricus Sawmer, Ludwicus de Fasach & Otto frater eius*, & alii quam plures.

MO-

MONUMENTA. NEOCELLENSIA.

DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

Num. I. Confirmatio Papalis fundationis. Ann. 1142.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Hermanno prepoſito Eccleſie ſancti Petri de Novo loco iuxta Friſingam civitatem ſito, eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Apoſtolici moderaminis clementie convenit religioſos diligere & eorum loca pia protectione munire; dignum namque & honeſtati conveniens eſſe cognoſcitur ut qui ad Eccleſiarum regimen aſſumpti ſumus, eas & a pravorum hominum nequicia tueamur & apoſtolice ſedis patrocinio foveamus. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & preſatam Eccleſiam in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes ut quascunque poſſeſſiones, quècunque bona inpreſentiarum iuſte & canonice poſſidetis, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis Deo propicio poteritis adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Preterea quidquid a venerabili fratre noſtro Ottone Friſingenſi Epiſcopo religionis

intuitu, vobis conceſſum eſt & ſcripto ſuo firmatum, ſimiliter confirmamus. Sanctimus etiam ut ordo canonicus ſecundum beati Auguſtini regulam & inſtitutionem fratrum premonſtratenſium, perpetuis temporibus in eadem beati Petri Eccleſia inviolabiliter conſervetur. In communi vero interdicto ipſius civitatis, liceat vobis clauſis ianuis & excluſis excommunicatis vel interdictis, non pulſatis campanis, ſubmiſſa voce divina officia celebrare. Sane laborum veſtrorum quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive nutrimentis animalium veſtrorum nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere preſumat. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum qui ſe illic ſepeliri deliberaverint devotioni & extreme voluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat, ſalva matricis Eccleſie canonica iuſtitia. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam Eccleſiam temerarie perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel aliquibus vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum, in quorum gubernationem & ſuſtentationem conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Friſingenſis Epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens temerario auſu contra eam venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei alienus fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Ego Innocentius catholice Eccleſie Epiſcopus. Ego Gregorius Diaconus Cardinalis ſanctorum Sergii & Pachi. Ego Stephanus Prænestinus Epiſcopus. Ego Octavianus

vianus Diac. Card. ſancti Nicolai in Carcere. Datum Laterani per manum Gerardi S. Rom. Eccleſie Presb. Cardinalis ac Bibliothecarii XII. Kal. Febr. Indictione XI. Incarnationis Dominice anno MCXLII. pontificatus vero Domini Innocentii Pape II. anno XIII.

Num. II. Carta fundationis. Ann. 1143.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Otto Dei gratia Friſingenſis Eccleſie Epiſcopus in perpetuum, amen. Officium noſtrum pro viribus executi, in Epiſcopatu noſtro religionis incrementa propagare, & bona que videbantur in melius mutare ſtuduimus, Itaque conſilio & auctoritate ſummi pontificis Innocentii, conſenſu quoque cleri & populi Eccleſie noſtre, bona que pertinebant ad altaria ſanctorum Thome apoſtoli, Leonhardi confeſſoris, Lamperti Epiſcopi coadunavimus & ad Eccleſiam ſancti Petri apoſtoli dedicandam, in perpetuum absque alicuius contradictione delegavimus, ad uſus fratrum ſub regula beati Auguſtini ex ordine Premonſtratenſium Domino inibi famulantium: exceptis decimis aree noſtre que antea ad ſepulchrum beate memorie Lamperti Epiſcopi pertinebant, quas nos redemimus agris cultis, pratis & nemoribus. Preterea quedam alia bona in Eccleſia que beati Gebardi dicebatur, ad hoſpitale pauperum pertinentia, transtulimus ad Eccleſiam in honore ſancti Alexii confeſſoris conſecratam: ita tamen, quod ibidem non alias ſed in uſus pauperum & peregrinorum cadant in hoſpitali ad miniſtrationem predictorum fratrum diſtribuendam. Inſuper res illorum decimis omnium bonorum noſtrorum ampliavimus, & de predicto clauſtro eque decimas de omnibus eo dari inviolabiliter firmavimus: & quidquid deinceps liberalitate aliquorum clericorum ſeu laicorum ad idem clauſtrum ſive ad hoſpitale traditum fuerit, iure equitatis & noſtre auctoritatis firma ibidem & inviolata in perpetuum manere ſanctimus. Proinde ne in poſterum hoc memorie hominum deci-

deret, ſcriptis notari & ſigilli noſtri impreſſione ſignari fecimus. Anno ab incarnatione Domini MCXLIII. Indictione V. anno autem Ottonis Epiſcopi Friſingenſis Eccleſie IIII. Data ſunt hec Friſinge preſentibus & conſentientibus his. Ego Sigemarus Abbas ſancti Stephani ſubſcripſi. Ego Uodalricus Abbas Scirenſis ſubſcripſi. Ego Hoholdus prepoſitus maioris Ecclſie ſubſcripſi. Ego Adalpertus Decanus ſubſcripſi. Ego Herricus Prepoſitus & Archidiaconus ſubſcripſi. Ego Wichmannus Prepoſitus ſubſcripſi. Ego Herrandus Archidiaconus ſubſcripſi. Ego Burchardus Prepoſitus S. Viti ſubſcripſi. Ego Hainricus cuſtos ſubſcripſi. Ego Engelſcalcus Scolaſticus ſubſcripſi. Ego Chuno Parrochianus ſubſcripſi, cum ceteris canonicis Friſingenſis Eccleſie. Aderant etiam laici teſtes, ac de nobilibus *Comes Perhtoldus de Tyrol, Adalpreht de Richershuſen & frater eius Herman, Eberhart de Hirenshuſen, Meingoz, Pilgrim de Woltmuoteshahe: de familia Eccleſie Iſenrich Camerarius & filius eius Hainricus, Counrat & frater eius Fritilo de Heidolfingen, Sigefrit de Wolfoltesdorf, Eberhart de Hagenouwe*, & alii quam plures.

Num. III. Immuniras Auſtriaca. Ann. 1164.

Hainricus Dei gratia Dux Auſtrie, Hermanno Prepoſito ſancti Petri Friſinge & ſucceſſoribus eius in perpetuum. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter nos pro remedio anime noſtre & parentum noſtrorum, Prepoſito Hermanno & ſucceſſoribus ſuis remiſimus quasdam iuſticias in prediis ſuis, in ducatu noſtro, & *in Marchia* noſtra ſitis, ex conſilio fidelium & officialium noſtrorum, videlicet Mathfridi & aliorum qui tunc preſentes erant: ſtatuentes inmobiliter, ut nihil exigatur a prediis vel colonis eorum, excepta nuda iuſticia, illa videlicet que dicitur *Marchmutt*, & illo ſervicio qui vocatur *Parchwerch*; excludentes omnino omnes alias exactiones, videlicet placitorum, iudiciorum, prepoſitorum,

&

& preconum peticiones & pernoctationes. Ut autem hec noſtra conſtitutio firma in perpetuum & inconvulſa permandat, & nullus ſucceſſorum noſtrorum, vel heredum filiorum Ducum & Marchionum temerare, convellere, minuere, conlimitare prevaleat, preſentem conceſſionis & elemoſine noſtre paginam hanc ſigillo noſtro conſignari & confirmari neceſſarium duximus. Acta ſunt hec in civitate noſtre Winne anno incarnationis dominice MCLXIIII. regnante Romanor. Imperat. Friderico.

Num. IV. Pro curia Harmershauſen. Ann. 1174.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris quod ego *Otto maior Palatinus de Wardenberg* curtim illam villicalem in Hermarshuſen, a Prepoſito Hermanno qui eo tempore fratribus de Novacella prefuit, hoc tenore conquiſivi: dedi itaque ei quatuor libras Ratisponenſium denariorum, ut omnibus diebus vite mee in ipſa curia cum omni iurisdictione mihi ſerviatur, ſine omni impedimento pretaxati Prepoſiti & ſuorum ſubditorum. Ego vero Otto Palatinus viam univerſe carnis ingrediens, poſteris meis nec heredibus eam relinquam, ſed in uſum predicte Celle cum omni integritate transmittam; niſi tantum quod in puncto mortis mee proficuum eiusdem curtis dimidium Novecelle proveniet, & dimidietas alia heredibus meis ſive cui ipſum proficuum adhuc vivens donavero. Heres enim meus nullatenus eandem curiam occupabit, niſi eam ſecundum voluntatem fratrum illorum Deo ibi militantium, ſicuti ego conquiſivi, conquirat; temporibus itaque mee vite nec alienare neque commutare mihi eandem curiam licet. Hii ſunt teſtes qui viderunt & audierunt & eos hic ſubternutamus, *Walkoun de Rupe*, *Otto Aſcheym*, *Liebhardus de Ekke Hardesdorp*, *Wolfgangus Ettenſtat*, *Berchtoldus de Erſenbrunnen*, *Berchtoldus de Waltfridesdorpf*, *Olricus de Burebach*, *Sigebodo de Valkenſtain*, *Sifridus de Wardenberg*, *Oſericus de Valkenberg*,

berg, Otto Cuppa & Sifridus frater eius, Hermannus de Strock & Meingoz de Wardenberg & filius eiusdem Meingozi, Gotfridus & Wignandus de Zolsdorpf, Fridericus de Zullungen, Ekinpoldus de Strobeinsen, & Olricus filius eius, Hermannus Pes de Karlesberg. Actum anno MCLXXIII. datum VIII. Idus Aprilis aput Wardenberg.

Num. V Transactio per Ducem Austriæ confirmata. Ann. 1183.

In nomine sancte & individue Trinitatis. Ego Liupoldus Dei gratia Dux Austrie. Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris Christi fideiibus, quali tenore litem que fuit inter fratres sancti Petri Novecelle Frisinge & inter *Wichardum de Chlamme & sororem suam Gerbirgam* decidimus, *nobilium & ministerialium nostrorum consilio.* Ita videlicet quod predicti fratres ptomiserunt se dare, & dederunt prefato Wichardo & sorori sue *sex libras* nummorum: ea scilicet conditione quod illi omne ius suum quod habere videbantur in vineis Ebersdorf, & in curia Degenboltesberge dimiserunt, & tradiderunt beato Petro in usus fratrum in predicta Cella Deo famulantium: quod & ita factum est coram nobis & *principibus nostris.* Anno dominice incarnationis MCLXXXIII. regnante Friderico Imperatore feliciter amen. Et ut hec eis rata & inconvulsa permaneant, hanc eis inde cartam conscribi, & sigilli nostri impressione confirmari fecimus. Testibus qui aderant subternotatis quorum hec sunt nomina, *Comes Chunradus de Plaistein, Sigehardus de Scalach, Liopoldus Comes de Plagie, Hermannus Comes de Blasenstein, Otto de Lengenbach, Chraft de Amzinesbach, Eberhardus de Stainbach, Oudalricus de Asparn: de ministerialibus nostris, Hademarus de Chunringen, Uodalricus de Huze, Wichardus de Seves, Wichardus de Vestenberch, Roudegerus de Munnenbach, Alberus de Pfaffenstein frater eius Gerunch, Chunradus de Stritewisen, Eberhardus de Biberaren, Wernherus de Zelchingen, Iordan fidelis suus & cognatus:*

nus: Chunrat de Ottenstein & frater eius Hademar, Haidenricus de Sahsseberch, Hademar de Rabenstein, Dietrich de Littenstein, Albero de Vihehoven, Albero Marscalcus, Luipoldus Pincerna, Uolricus Dapifer, Liulwin de Sunnenberch, Gerolt de Sahssenegangen & frater eius Hartnit, Chunrat de Hovesteten, Uolricus de Trutmannesdorf, Rapoto de Puten, Uolricus de Hintperch & filii eius Marquart & Uolricus, Irminfrit de Gnannendorf, Otto de Mouspach & fidelis suus Hainricus Stud. Hartwicus de Ricoltesdorf, Gerbicus de Pubenhusen & fidelis suus Adelhoch, Wichart de Zebingen, Ortolf Sinopel, & alii quam plures.

Num. VI. Confirmatio donationis per ministerialem factæ. Circ. 1190.

Ego *Dietricus* ex Dei misericordia *Comes in Wasserburch*, notum facio omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod ministerialis noster *Hartliep de Tingen* predium quod habuit in Gilchingen super altare sancti Petri, in loco qui dicitur Neunstift per manum nostram, uxore nostra *Halka* & filiabus nostris assensum prebentibus, delegavit; & ne in perpetuum ista ab aliquo retractari valeant sigilli nostri inpressione confirmamus. Huius rei testes sunt, *Gebhardus de Etelingen, Ortolfus de Laimingen, Uolrich, Sighardus, Hertwicus de Vihtenstain, Siboto Swab, Sifridus de Sevelt, Fridericus Dispensator, Gebhardus Tapifer de Chrestorf, H. de Chazbach, Ch. & Albertus fratres de Gravendorf, Hainricus, Gotfridus de Chazbach, Gotfridus, Gebhardus Celerarius,* hi omnes per aurem tracti.

Num. VII. Decisio litis super bonis in Austria. Ann. 1190.

Liupoldus Dei gratia Dux Austrie Strieque. Contra oblivionis malum per presentem paginam scriptis universitati fidelium notificare dignum duximus, qualiter querimoniam fratrum de Nova-

cella adversus *Hermannum de Hohenowe*, quam cum illo habuerunt pro quodam predio quod prius a patre *Wolfgrimo* XVIII. talentis comparaverant, postmodum a filio ipsius scilicet predicto Hermanno nec non & *uxore eius Mathildi*, datis eis ab ipsis fratribus VII. talentis redemerunt, taliter terminavimus: Idem Hermanus & uxor eius coram Domino *Ekkeberto de Pernekke*, cui nos vice nostra causam & negotium ipsorum iniunximus, vineam quam ipsa pecunia comparavit cum filii sui & uxoris eius confirmatione, ipsi *Ekkeberto ac filio eius Oudalrico*, & *Counrado de Swarza* & iterum *Chuonrado filio Pernhardi de Wirmistorf* posuit: tali conditione, ut si ipsius filiis dum etatem discretionis contingerint, talis conventio placuerit: sin autem, VII. talenta prefato Hermano a fratribus data de vinea predicta restituentur. Ad huius rei confirmationem testes idoneos subscribimus, *Dietricus Comes Halensis*, *Rudegerus de Minnenbach*, *Hainricus de Stritewisen*, *Eleinradus Pincerna*, *Herrandus de Wildonice*, *Riwin de Iwenstein*, *Gerolt Tamilhart*, *Chunradus de Swarza*, *Pernhardus & filius eius Counradus de Wirmisdorf*, *Gerolt de Wizeperin*, *Isingrim de Prucche*, *Albero de Jechowe*, *Otto Poznei*, *Hainricus Sele*, *Liupoldus Iwenstein*, *Albero de Sulze*, *Rudegerus Piberowe*, *Oudalricus Pondinge*, *Oudalricus Zant*, *Hermannus Pirboum*, *Otto & filius eius Chunradus de Niwenchirchen*, *Eberhart & filius eius de Eberstorf*, *Engilmarus*, *Leo*, *Gotfrit*, *Huno & filius eius Gotescalcus*, & alii quam plures.

Num. VIII. Donatio parochiæ Allershausen. 1190.

In nomine sancte & individue Trinitatis. Otto Dei gratia Frisingensis Episcopus. Dispensationes Ecclesiarum vel Ecclesiastarum rerum, que vel pro religiosorum petitione, vel pro urgente venerabilium locorum necessitate rationabiliter fiunt, ad noticiam presentium, memoriam futurorum, de ratione debent pervenire. Quia ergo loca venerabilia summa devotione amplectenda

sunt,

sunt, tum quia ibi vigent orationes sanctorum quorum patrocinis sancta letatur Ecclesia, tum quia in eis elemosinae indigentibus hospitaliter impenduntur: nos divino instigante amore ac mediante Frisingensis capituli universitate, Ecclesiam quae in Alersshusen dicitur fratribus in Novacella Deo servientibus, pro remedio animae nostre ac predecessorum nostrorum, contulimus & Episcopali nostra auctoritate stabilimus: ita tamen ut prepositus eiusdem loci vel etiam quisquam de collegio, Dominum Engelscalcum quondam prepositum qui iam dictam Ecclesiam a predecessore nostro beate memorie Domino Alberto personaliter tenuerat, quam diu ipse superest, in nullo contemnet. Fratres etiam qui de collegio suo in sacerdotes ibidem ordinandi sunt, aspectibus nostris debent presentari, qui & sinodum nostram adeant & de spiritualibus reddant rationem; qui si forte mutati fuerint, substituendi nobis denuo presententur. Quod ut firmum sit & ab omnibus ratum habeatur, presentem paginam conscribi ac sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Actum est autem assidentibus sancte Frisingensis Ecclesie cathedralibus, Pertholdo Decano, Albinone sancti Castuli preposito, Counrado sancti Andree preposito, Ortwino sancti Sixti preposito. Anno Domini MCXC, Indictione VIII. anno Pontificatus nostri VI. feliciter amen.

Num. IX. Evictio Capelle Grunlingen. Ann. 1191.

Otto Dei gratia Frisingensis Episcopus secundus feliciter amen. Ad tuenda Ecclesiasticarum rerum iura nos, qui cottidianis incomodis quatimur & violentia iniustorum opprimimur, scriptis firmare studuimus, que pro utilitate Ecclesiarum a fidelibus Christi rationabiliter tractantur, ne a memoria posterorum labantur, Proin omnium fidelium noticie certum tradimus, qualiter fratres sancti Petri Novecelle, & quidam plebanus in Richershusen nomine Roudegerus contenderunt pro capella in Grunelingen, quam

locus & Conventus ſancti Petri a die fundationis ſue ſine omni contradictione & moleſtia quiete poſſederant, quod nullius invaſoris violenti in ipſa capella gravamen ſenſerant, quousque idem Roudegerus eam in uſus ſuos iniuſte trahere cogitabat. Predicti itaque fratres preſentiam noſtram adierunt, querimoniam ſuper gravamine ſibi a predicto Reudegero plebano illato proponentes; & condicto placiti die data ſententia *Cathedralium & nobilium Epiſcopatus noſtri*, preſcriptionem XL. annorum, quam prætendebant, teſtibus idoneis & legitimis probaverunt; & ſic omne ius quod ante poſſederant in ipſa capella Domino adiuvante obtinuerunt. Et ne de cetero ſuper his ulla poſſit oriri queſtio vel controverſia, dedimus eis in teſtimonium preſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione roboratam. Hius rei teſtes ſunt, *Ortwinus Decanus*, *Fridericus Prepoſitus de Wertſe*, *Counradus felix puer Prepoſitus ſancti Viti*, *Counradus Prepoſitus Moſeburgenſis*, *Counradus Cazſos*, *Arnoldus de Gildehingen*, *Sigeboto pulcher panis*, *Uolricus de Ahedorf*, *Tageno Canonicus*, *Gotfridus de Angulo*: *de miniſterialibus noſtris*, *Hainricus felix puer*, *Gerwicus de Pubenhuſen*, *Arnoldus de Dornibach*, *Dietpoldus de Wippenhuſen*, *Ulricus Vertinch & fratres ſui Hainricus & Raodolfus*, *Chounradus de Humbelen*, *Engelwannus de Ahedorf & frater ſuus Hainricus de Athershuſen & filii ſui Hainricus & Counradus*, *Diepoldus de Grimershuſen*, *Iſenrich de Tanne*, & alii quam plures. Acta ſunt hec in preſentia capituli noſtri, anno dominice Incarnationis MCXCI. anno pontificatus noſtri VII. feliciter amen.

Num. X. Evictio predii Schleisheim. Ann. 1200.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Lodwicus Dei gratia Dux Bawarie.* Ad tuenda Eccleſiaſtica iura & regenda ſecularia iudicia, Deo inſtituente in hoc promoti ſumus, & ipſo iubente nos qui temporalium regimen tenemus, in hoc vocamur

ut

ut facultatibus quibus divina gratia largiente ditamur, large indigentibus ſubveniamus. Quapropter ego Loudwicus Dux Bawarie divino amore inſtigante & iuſtitia exigente, quandam litem que actitabatur inter fratres ſancti Petri Novecelle, & inter quosdam homines ad me pertinentes de villa que dicitur Gaurenchingen, pro predio quod dicitur Slibesheim, quod predicti fratres libere ac ſine omni contradictione plus XL. annis poſſederant, ipſam litem in preſentia miniſterialium meorum ac aliorum multorum fidelium diſſolvi & ſcriptis confirmari & ſigilli mei impreſſione feci ſignari. Huius rei teſtes ſunt: de miniſterialibus Ducis, *Perhtoldus de Eſcelbach*, *Sifrit Chopf*, *Arbo de Hetenshuſen*, *Chunradus iudex de Wolfoltesdorf*, *Chuonradus Chuſenuge*, *Ludwicus iudex de Wartenberch*, *Sigehardus de Hitenwrt*, *Hainricus iudex de Friſinga*, *Hainricus de Zwelſtorf*, *Chunradus de Hittenwrte*, *Liebhart Caſte & filius eius Hainricus de Adelhershuſen*, *Uto de Swinda*, *Eberhardus Carnifex*, *Sifrit Sledenviſte*, *Chuonrat Aiſtetar*, *Uolricus Monetarius*, *Chunradus Stecche*, *Hainricus Ganſel*, & alii quam plures.

Num. XI. Inveſtitura. Circ. 1200.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod ego *Engelſchalcus de Slibeshaim* conparavi aream pro V. talentis & dimidis, qua Houptolfus inbeneficiatus erat a prepoſito Hennrico Novecelle; & ego ſimili modo recepi predictam aream a Prepoſito Gozwino & uxor mea *Hiltgundis*, conſentientibus omnibus confratribus eiusdem Eccleſie Novecelle: & quotquot pueros ego & uxor mea habituri ſumus, eadem area ſimiliter ſint inbeneficiati; annuatim XX. denarios ad Novamcellam quicunque eandem poſſedeat daturus. Huius rei teſtes ſunt hii, *Dominus Hertwicus de Altenhuſen*, *Chunradus Friſingenſis*, *Hartlieb confrater*, *Meinhardus Prior*, *Uolrich Sturm*, *Wernherus de Altenhuſen & filius ſuus Ekwinus*, *Dietricus Cellerarius*, *Uolricus de Zurnhuſen*.

Num. XII. Pro vinea in Ebersdorf. Ann. 1203.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Uolricus* officialis in *Eberſtorf*, qui eſt de familia ſancti Petri Novecelle apud Friſingam, volens ire Romam, cum filio ſuo *Chunrado* venit ad predictum Monaſterium, aſſumens Dominum *Sibitonem pulcherum panem*, qui tunc temporis fuit Prepoſitus Dominorum in Eberſtorf; cum conſenſu eiusdem vineam quandam de novo plantatam quam ſuſceperat ad *Perchrecht*, ſitam in der Æinedo pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum donavit, cum conſenſu filii ſui qui tunc unicus ei fuerat, beato Petro & fratribus ibidem Deo ſervientibus: ſub tali forma, ut prefatus filius ſuus Ch. ibidem literas addiſceret, & ſi vellet ibi remanere, ſeu nollet vineam tamen ad idem Monaſterium ſemper pertineret, & ſerviret. Facta eſt hec donatio ſub Heinrico Prepoſito anno *ab incarnatione* Domini MCCIII. Teſtes huius rei qui interfuerunt *ſunt hii, Siboto pulcher panis tunc Prepoſitus in Eberſtorf, Uolricus Zudrinch*, & alii quam plures. Et ut hec donatio poſterorum memorie commendetur, hanc paginam noſtro ſigillo fecimus communiri.

Num. XIII. Immunitas Boica. Ann. 1212.

Ludwicus Dei gratia Dux Bavarie. Si parentum noſtrorum ſtatuta noſtre auctoritatis tuicione ſolidamus, maxime quidem que divino zelo compuncti Eccleſiis contulerunt, procul dubio divina nobis ſubſidia primora inde eſſe confidimus. Ideoque noverit tam preſentium quam futurorum Chriſti fidelium induſtria, quod parentum noſtrorum largitatis conceſſionem renovantes, ob memoriam anime noſtre nec non & ipſorum, ad cuſtodiam ſancti Petri apoſtoli Novecelle attinentia ad uſum Inminis tali ratione remittimus, ut nec nos nec quiſpiam iudicum noſtrorum ſteuram aut ius advocati accipiat. Et ut hec rata & inconvulſa permaneant,

ant, presentem paginam conscribi fecimus & sigilli nostri impressione communiri.

Num. XIV. Evictio capellæ in Wolfersdorf. 1215.

Otto Dei gratia Frisingensis Episcopus secundus feliciter amen. Ad tuenda Ecclesiasticarum rerum iura nos qui cottidianis quatimur incomodis & inviolentia iniustorum opprimimur scriptis firmare studuimus, que pro utilitate Ecclesiarum a fidelibus Christi rationabiliter traduntur, ne a memoria posterorum labantur. Proinde omnium fidelium notitie certum tradimus, qualiter fratres sancti Perri Novecelle, & quidam Decanus in Artenchirchen nomine Tageno, contendebant pro capella in Wolfersdorff, quam locus & Conventus sancti Petri a die fundationis sue sine omni contradictione & molestia quiete possederant, quod nullius invasoris violenti in ipsa capella gravamen senserant, quousque idem Tageno eam in usus suos iniuste trahere cogitabat. Predicti itaque fratres presentiam nostram adierunt, querimoniam super gravamine sibi a predicto Tageno Decano illato proponentes, & condicto placiti die, data sententia cathedralium & nobilium Episcopatus nostri, prescriptionem XL. annorum quam pretendebant testibus idoneis & legitimis probaverunt, & sic omne ius quod ante possederant in ipsa capella Domino adiuvante obtinuerunt. Et ne de cetero super his ulla possit oriri questio, vel controversia dedimus eis in testimonium presentem paginam sigilli nostri impressione roboratam. Huius rei testes sunt, *Eberhardus Abbas de Wihenstevem, Chuonradus Abbas de Schiren, Ulricus Decanus de Mosburch, Chunradus de Sandolteshusen, Hartlibus de Muosen, Geholdus notarius Ducis, Ortwinus Canonicus maioris Ecclesie: de ministerialibus Ducis, Sigehardus de Hutenfurt, Chuonradus de Inningen, Lasnapf Marscalcus Ducis; de ministerialibus Episcopi, Guntherus Marschalcus, Heinricus camerarius & frater suus Fridericus, Rudolfus*

Ver-

Vertinch, Perhtoldus de Vagen, Sigehardus Dapifer, Herrandus de Wil-sen, Ulricus Tuombe, Ulricus de Sizzingen, Albero de Altenhasten de familia ſancti Petri, Uolricus Zudrinch &c. Acta ſunt hec in preſentia noſtri anno dominice incarnationis MCCXV. anno pontificatus noſtri XXXII. feliciter amen.

Num. XV. Donatio predii in Ibach. Ann. 1225.

Uolricus Dei gratia Prepoſitus Hartwicus, Prior totusque Conventus ſancti Petri de Novo loco univerſis preſentem paginam inſpecturis ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra quop Uolricus Prepoſitus, Uolricus Salzburgenſis Scolaſticus, & Ruogerus preſente conventu noſtro legaverunt predium ſuum in Ibach ſuper altare ſancti Petri pro remedio animarum ſuarum. Ne autem hec per oblivionem poſſint aboleri preſentem paginam autentico ſigilli noſtri fecimus communiri. Acta *ſunt hec anno* Domini MCCXXV.

Num. XVI. Privilegium Papale. Ann. 1228.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Prepoſito & conventui ſancti Petri de Novacella Premonſtratenſis ordinis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Iuſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere aſſenſum, & vota que a rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere. Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras cum omnibus bonis que in preſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum iuſtis modis preſtante Domino poteritis adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignatio-

nem

nem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud ſanctum Petrum IIII. Idus Aprilis pontificatus noſtri anno ſecundo.

Num. XVII. Donatio decimarum. Ann. 1228.

In nomine ſancte & individue Trinitatis amen. Ego *Ludewicus Dei gratia Dux Bawarie.* Contra oblivionis malum preſentis pagine ſcripto univerſitati fidelium notificare dignum duximus, quod nos ob reverentiam beati Petri principis apoſtolorum, & pro remedio parentum noſtrorum & noſtre poſteritatis, fratribus Novecelle apud Friſingam ibidem Deo ſervientibus contulimus decimas de prediis Comitis *Chalhohi de Kirchperc*, & decimas de prediis *Uolrici Cyphi de Burchchrein*, ad nos devolutis: ideo ut ab ipſis noſtri memoria & prefatorum noſtrorum quos prelibavimus, apud Deum in perpetuum habeatur. Et ut hec traditio rata & inconvulſa permaneat, preſentem paginam conſcribi fecimus, & ſigilli noſtri munimine roborari. Acta ſunt hec anno ab incarnatione dominica MCCXXVIII. Huius traditionis teſtes ſunt tam clerici quam laici, *Ulricus Prepoſitus in Illmunſter & Notarius, Heinricus Notarius: Laici, Comes Chunradus de Waſſerburch, Comes Meinhardus de Rotinek, Heinricus liber de Lapide, Chunradus liber de Luperc, miniſteriales Leutoldus de Ouve, Bertoldus Marſchalcus de Schiltperc & frater eius Leutoldus.*

Num. XVIII. Donatio curiæ in Alhuſen. Ann. 1229.

In nomine Domini amen. Geroldus Dei miſeratione Friſingenſis Epiſcopus univerſis quiqui preſentem paginam inſpexerint vel audierint ſalutem in noſtre ſalutis auctore. Ut omnibus Eccleſiis, quas ad regendum ſola Dei favente gratia ſuſcepimus, & his maxime que in ſancta religione & Dei ſervicio die noctuque fortius laborare videntur, cura & ſolicitudine paſtorali pro-

videre ac benefacere ſtudeamus, & commiſſi nobis officii religio depoſcit, & ad hoc paterne caritatis inducit affectus. Hinc igitur tam futurorum quam preſentium memorie duximus commendandum, quod omne ius & proprietatem ad nos in curia in Alhuſen iuxta Eccleſiam ſita, quam a Chunrado filio Heinrici comparavimus, pertinentem, cuius oblegatio hereditaria ſucceſſione ad nos fuit devoluta, Eccleſie beati Petri in Novacella ac fratribus ibidem Deo famulantibus, pro remedio anime noſtre contulimus. Inſuper advocatiam predicte curie, quam nobis illuſtris Dux Bawarie Ludwicus iuxta rivum qui vulgo dicitur *Haſelfurte* reſignavit, Eccleſie iam dicte ſimili modo tradidimus. Ut autem hec firma & inconvulſa permaneant, preſentem paginam tam noſtro quam etiam Ducis memorati ſigillis placuit roborari. Acta ſunt hec anno incarnationis Domini MCCXXVIIII. *indictione* ſecunda, pontificatus noſtri anno VIIII. feliciter amen. *Huius rei* teſtes ſunt, *Ludwicus Dux Bawarie*, *Fridericus Prepoſitus S. Andree*, *Uolſcalcus Canonicus ſancte Marie & Prepoſitus ſancti Viti*, Fridericus *Canonicus ſancti Andree*, *Heinricus de Achdorf & Canonicus ſancti Andree*, *Kaloch Comes de Kirchberc*: *de miniſterialibus Epiſcopi*, *Eberhardus & Fridericus fratres de Swabingen*, *Heinricus de Uotingen*, *Pertoldus de Gebolfspac*, *Diepoldus de Gramershuſen*, *Otto de Marsvelt*: *miniſteriales Ducis Uolricus Cyphus de Purchrain*, *Heimo de Haſelpach*, *Heinricus de Zwainkirchen & frater eius Wicmannus*, *Sigmarus filius Sibenhar*, *Pertoldus Pincerna de Oede*, *Chunradus Prepoſitus Epiſcopi*, *Uolricus iudex de Veringen*, & alii quam plures.

Num. XIX. Pro prædio in Alpuren. Ann. 1230.

Noverint omnes tam preſentes quam poſteri hanc cartulam inſpecturi, quod ego *Ulricus de Uriuntſperch*, & filii mei, in predio quod dicitur *Alpuren*, quod mei anteceſſores, ob remedium animarum ipſorum ſuper altare ſancti Petri apoſtoli Novecelle

celle Frisinge libere delegaverunt, nullum ius preter advocatie nobis vendicamus & hoc sine exactione aliqua a nobis debet fideliter tueri, & defendi: excepto hoc, quod proventus eiusdem predii pro censu, scilicet sauma vini habere volumus annue exsolvenda: alioquin Dominus Prepositus dicte Ecclesie idem predium libere teneat, & instituat iuxta sue Ecclesie utilitatem.

Num. XX. Transactio super vinea in Ebersdorf. 1237.

Ego sola Dei misericordia Uolricus Prepositus sancti Petri Novecelle Frisingensis, totusque eiusdem loci Conventus, notum facimus cunctis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris; qualiter lis decisa est que vertebatur inter nos nomine Ecclesie nostre ex una parte, & ex alia parte pueros *Uolrici* quondam hominis nostri & officialis, & cuiusdam Chunradi scolaris filii sui, quem habuit ex concubina; de vinea que sita est in Einode aput Eberstorf, quam prefatus Ulricus sepius contulit prefate Ecclesie testibus adhibitis, & tandem procedente tempore personaliter per manum propriam delegavit predictam vineam ad altare S. Petri Novecelle Frisingensis. Defuncto itaque predicto Ulrico, putantes se de tali traditione gravari, quamvis tamen dicta delegatio ante *desponsationem* matris eorum solempniter fuerit celebrata, visum est probis & discretis viris quod eorum proceſſus in hac parte plurimum esset debilitatus. Demum ego Prepositus Novecelle, nomine Conventus & Ecclesie mee, & pars adversa coram Domino *Friderico de Reurippe* Preposito canonicorum maioris Ecclesie in Frisinga, & presentibus Dominis *Heinrico & Alberto de Selkingen* advocatis taliter composuimus, quod ego Uolricus Prepositus vice Conventus mei, Karradam vini & dimidiam maioris mensure dictis pueris persolvimus in continenti; & ipsi pueri versa vice omni iuri, quod in prefata vinea sita in Einode aput Eberstorf videbantur habere, & in omnibus que ad prefatam spectant Ecclesiam totaliter abrenuncia-

verunt, prememorato Cunrado scolari in omnibus annuente & ad predictum negotium devote & fideliter promovente; & sic *iis* decisa est. Adiectum fuit etiam ad hanc formam decisionis, quod si filii vel filie sepedicti Uolrici officialis, prefatos fratres vel Ecclesiam Novecelle super predicta vinea gravarent de cetero, vel aliquo modo inquietarent, Dominus *Uolricus de Swarza* XXX. talenta predictis fratribus & Ecclesie persolveret Novecellensi. Simili etiam modo *Chuonradus & Heinricus* fratres seniores inter pueros predicte Ecclesie XXX. libras solvere tenentur. Et ut hec conposito rata permaneat & inconvulse, ego Uolricus Prepositus & conventus Novecelle nec non Dominus Heinricus advocatus de Selking paginam testibus subscriptis nostris sigillis roboravimus. Acta sunt hec anno gratie MCCXXXVII. feliciter amen. Huius rei testes sunt, *Fridericus de Reurippe Prepositus canonicorum Frisingensis, H. & Albertus de Selking advocati, Dominus Rudegerus de Lidem & Reinoldus miles eius Engel.* Pertoldus *Plebanus de sancto Blasio, Wetzilo & Ruodiger fratres de Sirinch*, Heinricus *de Sternvelt & filius eius Geholfus, Heinricus de Gozzinsperg.*

Num. XXI. Donatio decimarum de molendinis Monacensibus. Ann. 1241.

In nomine sancte & individue Trinitatis Patris & Filii & Spiritus sancti amen. Otto Dei gratia Comes Palatinus Reni Dux Bawarie omnibus in perpetuum. Facta que geruntur in tempore, dignum est ad vitandum calumpniam, ut scriptis contineantur. Volumus igitur constare singulis & universis quod nos ducti zelo caritatis, ob reverentiam divinam, in remedium animarum patris nostri, & matris, & nostri, & uxoris, puerorum & parentum nostrorum, spe venie delictorum, Novecelle in Frisinga contulimus decimam de omnibus reddituum nostrorum proventibus in molendinis & in *Lostampke* in Monaco liberaliter & libenter. Ut autem

autem ſucceſſorum noſtrorum aliquis non poſſit, quod a nobis rationabiliter factum eſt, in irritum ducere vel revocare, ſigilli noſtri teſtimoniis decrevimus confirmare: teſtes autem qui huic facta intererant noſtro ſunt ſubſcripti *Illuſtris Cunradus de Wazzerburch, C. de Moſeburch Comites; Tolezenarius, Heinricus de Starholveshoven liberi; Bertoldus Marſcalcus de Schiltpere, Alhardus de Briſin, Syfridus de Frowenberg miniſteriales; Gotfridus Capellanus, C. Notar. de Reno, Albertus Canonicus Novecelle, Chuinradus Pincerna de Humele, Engelwanus de Tanne milites; & Fridericus de Keminata*, & alii quam plures. Datum in Innchoven anno Domini MCCXLI. Indictione XIIII. in die ſancti Iohannis Baptiſte.

Num. XXII. Sententia in contumaciam. Ann. 1245.

Nos Chunradus Dei gratia Friſingenſis Epiſcopus, per preſens notum fieri cupimus univerſis, tam preſentibus quam futuris: quod cum inter Conventum Novecelle Friſinge ex una & *Heinricum* & liberos eiusdem *Ergenhoven* ex parte reliqua lis ſuper quadam dote in Kienberk ſita aliquamdiu verteretur, ſuper ipſa lite terminanda & diſcutienda partibus ad noſtram preſentiam convocatis, diem peremptorium utrique partium nobis preſtituentibus, Egenhovenſes die & loco illis a nobis preſtituto non comparentes, ſe contumaciter abſentarunt nec reſponſalem aliquem transmiſerunt. Conventu vero predicto coram nobis poſito, iuſticiam ſibi fieri poſtulavit: Invocato bonorum & ydoneorum virorum teſtimonio & oblato, dictam dotem in qua memorati Egenhovenſes ſe habere ius hereditarum affirmaverant, de qua etiam ſicut diximus lis vertebatur; ad Eccleſiam ſuam in Kienberk attinere iure pleniſſimo, dictante ſententia probaverunt & einsdem dotis poſſeſſio coram nobis ſepedicto Conventui eſt adiudicata. In huius itaque rei teſtimonium ne de ipſa dote lis nova valeat ſuſcitari, preſentem paginam noſtro ſigillo iuſſimus communiri.

Volumus etiam, ut quicunque eanden dotem in preiudicium prefati Conventus invaserit sciat se excommunicationis vinculo innodatum. Aderant autem huic tractatui nobilis vir *Dominus Otto de Hagenowe*, *Chunradus pincerna de Humbel*, *Dietricus de Viltzheim*, *Fridericus de Sigmareshusen milites: Albertus preco de Wisheim*, *Heinricus iudex*, *Wickmannus quondam iudex*, & alii quam plures. Datum per manus C. notarii anno gratie MCCXLV. VI. Kal. Nov.

Num. XXIII. Immunitas prædiorum Austriacum. 1246.

Notum sit omnibus presentibus & futuris, quod nos *Fridericus Dei gratia Dux Austrie ac Stirie* & Dominus Carneolis, ob remedium anime nostre nec non parentum nostrorum, contulimus Ecclesie sancti Petri Novecelle Erisinge montem in Eberstorf apud Danubium situm, & predio iam dicta Ecclesie contiguum, de quo nobis antea XXX. denar. iure qui dicitur *Perchrecht* annuatim persolvebantur, a rivulo Australi usque ad rivum qui dicitur Waicenbach, ab imo usque ad summum, pleno iure proprietatis perpetuo possidendum. Et ut hec donatio rata & inconcussa permaneat, presens scriptum nostri sigilli munimine iussimus roborari. Huius rei testes qui tunc presentes aderant, sunt hii: *Luipoldus Prepositus Ardanensis*, *Gotscalcus Prothonarius noster*, *Arnoldus Plebanus de Gumstorf*, *Thomas Prepositus de Hintgert*, *Gebhardus Plebanus de Gorse*, *hi de Clericis*: *de Laicis vero H. de Prunne*, *Ch. de Hintberc*, *Sifridus Waiso*, *Drutlieb miles & camerarius noster*, & alii quam plures. Datum in castris apud Piestnich circa Potendorf, anno gratie MCCXLVI. Indictione IIII. V. Idus Iun. feliciter, amen.

Num. XXIV. Transactio super prædio in Hagenau. 1246.

Cunradus Dei gratia Episcopus Friising. Uto Prepositus, & Decanus totumque capitulum eiusdem loci omnibus presentem paginam inspecturis salutem. Noverint universi, quod inter Prepositum

&

& capitulum Novecelle Frisinge ex parte una, & inter nobilem virum Dominum *Ottonem de Hagenowe* ex altera lis quedam super dote in Hagenowe sita vertebatur coram nobis: tandem utraque pars communi consensu & fide data in arbitros compromisit, qui arbitrati sunt quod predictus Otto singulis annis in die beati Andree, capitulo Novecelle LX. denarios persolveret usualis monete: & si hoc dictus Otto negligeret, ipsa dos de qua lis vertebatur cum iure advocatie ad Dominum Ducem Bawarie transiret, & cum iure institutionis & destitutionis ad capitulum cederet supradictum: ita videlicet ut ipse Otto cum liberis suis in advocatia predicta nullum ius obtineret; ipse vero Otto habeat potestatem commutandi quendam hortum qui vulgo *peunt* dicitur ad ipsam dotem pertinentem, cum agro tantum latitudinis & longitudinis continentem. Huius rei testes sunt hii, *Uto Prepositus*, *Eberhardus Decanus*, *Eberhardus Scolasticus maioris Ecclesie Frisingensis*, *Mag. Petrus Prepositus sancti Viti*, *Otto*, *Sabbo*, *Eberwinus*, *Fridericus de Rauripe*, *Hainricus de Mosach Canonici Frisingensis*, *Rudolfus Decanus de Pugenhusen*, *Bermundus iudex de Kranichsberc*, *Hiltbrant gener suus*, & alii quam plures. Ut autem hoc arbitrium ratum & inconcussum permaneat, presentem paginam nostris sigillis fecimus communiri, quia hoc in ipso arbitrio fuit expressum. Acta sunt hec anno Domini MCCXLVI. Indictione quarta VII. Kal. Febr.

Num. XXV. Transactio super decimis areæ in Frisinga. Ann. 1250.

Conradus Dei gratia Frisingensis Episcopus omnibus presens scriptum intuentibus salutem in vero salutari. Cum omnium habere noticiam ut sacre leges testantur, potius sit divinitatis quam humanitatis, ne infra scripta a memoria posterorum elabantur, ipsa per presens scriptum futurorum memorie commendamus. Hinc est, quod cum inter Prepositum sancti Andree ratione plebana-

banatus maioris Ecclesie Frisingensis quam ipse tunc possidebat ex una, & Prepositum Novecelle Frisinge & eius Conventum ex parte altera, super decimis aree nostre que vulgo dicitur Geprei, quas predicti prepositus Novecelle ac eius Conventus diu possederant, questio foret suborta; ipsis diu litigantibus: tandem in nos, tamquam in arbitrum sub pena XX. librarum alteri parti que contraveniret solvendarum, exstitit compromissum. Nos vero visis & auditis ac plenius intellectis rationibus utriusque partis, ex vigore conpromissi in nobis facti, & pro bono pacis precepimus, sententiavimus & arbitrati sumus, quod iam dicti prepositus Novecelle ac eius Conventus solverent eidem F. vice parochialis Ecclesie IIII. libras Monacenses pro ipsius litis redemptione, sub pena predicta; & iam dictus F. his denariis sibi solutis faceret irrevocabilem finem & refutationem perceptionis & inpetitionis predictarum noste aree decimarum, licet divisim a *civibus nostre* civitatis vel ab aliis recolatur, sub eadem pena alteri parti si contraveniret solvenda. Hoc autem arbitrio a nobis promulgato, prefatus Prepositus Novecelle pro se ac eius Conventu ante tempus solutionis a nobis ipsis in arbitrio prestitutum, sepefato F. pecuniam persolvit iam dictam; qua soluta idem F. totaliter liti cessset. Unde a nobis nostroque capitulo sepenominati Prepositus Novecelle ac eius Conventus humiliter supplicarunt, ut in testimonium huius facti literas nostras, sigillorum nostrorum munimine ipsis traderemus signatas; quam supplicationem iustam ac ydoneam reputantes, ut predicta in perpetuum rata & inconvulsa permaneant, presens scriptum sigillorum capituli ac nostri eiusdemque F. Prepopositi munimine iussimus communiri. Datum Frisinge anno Domini MCCL. Indictione VIII. XI. Kal. Martii.

Num.

Num. XXVI. Appropriatio feudi Ameiswerdt. 1258.

Ab humana facilius elabuntur memoria, que nec ſcripto nec voce teſtium terminantur. Nos ergo Chunradus Dei gratia Friſingenſis electus & confirmatus notum fieri cupimus univerſis, tam preſentibus quam futuris: quod Chunradus Prepoſitus & Conventus Novecelle, noſtre civitatis, quandam inſulam ſive fummetum, quod vulgo *Ameyzwert* dicitur, cum univerſis appendiciis, a *Gerwico & Heinrico fratribus de Swabingen* pro novem libris denariorum Monacenſium compararunt, & ut dicta emptio & vendicio firmius robur obtineant, idem fratres memoratam Inſulam, quam a nobis noſtrisque predeceſſoribus poſſederunt feudaliter, nobis reſignarunt: & nos ipſam Inſulam Eccleſie prefate Novecelle, capitulo & miniſterialibus noſtris conſentientibus, tradidimus abſolute, perpetuo poſſidendam. Et ne quis prelibatam Eccleſiam in huiusmodi traditione gravare valeat, aut turbare, preſentem paginam noſtro ac noſtri capituli ſigillis iuſſimus pro teſtimonio roborari. Aderant autem teſtes, *Oto Prepoſitus*, *Hartnidus Decanus*, *Fridericus ſancti Andree Prepoſitus*, *Fridericus Salbo*, *Fridericus de Monte*, *Albano Slierſenſis Prepoſitus*, *Otto Salwo*, *Hermannus de Stouffe*, *Chunradus de Iulbach*, *Pertoldus de Ehingen Canonici Friſingenſes*, *Engelwanus de Angelberch*, *Heinricus de Erphenbrunne*, *Heinricus Vertingus milites*, *Ludwicus de Putelbach*, *Lodwicus Vertingus*, *Sighardus Dapifer*, & alii quam plures de miniſterialibus Eccleſie Friſinge. Acta ſunt hec anno Domini MCCLVIII. in choro Friſingenſi VIII. Idus Marci.

Num. XXVII. Immunitas a vectigalibus Patavienſibus. Ann. 1261.

Otto Dei gratia Eccleſie Patavienſis Epiſcopus univerſis has literas inſpecturis ſalutem in Domino. Cum omnium Eccle-

sarum & personarum Deo dicatarum profectibus ex debito nostri officii debeamus & velimus intendere, quantum possumus Domino adiuvante; universis duximus intimandum, quod propter divine retributionis meritum Preposito & Conventui Novecelle de Frisinga Premonstratensis ordinis, & ad instantiam dilecti in Christo fratris Chunradi nunc eiusdem loci Prepositi: concedimus liberaliter hanc specialem gratiam & donamus iure perpetuo atque pleno, ut quatuor carradas vini, quas de vineis suis habent in Austria, transducant in Patavia sine muta & absque exactione qualibet, libere annuatim: dantes eis pro testimonio presentes literas sigillo nostro munitas; cum testibus subnotatis, *Mengoto Tum preposito*, *Boppone Decano Ecclesie nostre*, *Hermanno de inferiori Altach & Boppone de superiori Altach Abbatibus*, *Dietpoldo Preposito de Osterhoven*, *Sipotone de Loustorf*, *Ottone de Truna*, *Heinrico de Hartheim*, *Berktoldo de Haidendorf*, & aliis pluribus. *Actum Patav.* anno Domini MCCLXI. IIII. Kalend. Aprilis, pontificatus nostri anno VIII.

Num. XXVIII. Ædes de peculio conventualis coemtæ. Ann. 1263.

Ego frater Heinricus cognomine *Sampson* de domo Novecelle Frisingensis civitatis, tenore presentium notum facio universis presens scriptum inspecturis; quod cum ex permissione prelatorum meorum de arte *Cyrurgica* quandam pecunie summulam conquisissem, de ipsa pecunia domum & aream Alberti fabri, domus & area sita sunt in civitate Frisinge circa locum qui dicitur Rugepank, accedente prelati mei consensu & licentia, pro XIII. libris Monacensis monete iuxta discretorum virorum consilium comparavi. Quam domum cum area Monasterio beati Petri in Novacella supradicto & fratribus ibidem Deo servientibus contuli, iusto donationis titulo possidendam; tali adiecta conditione sive modo, ut fratres

fratribus dicti Monasterii singulis annis tertio die post annunciationem beate Marie, videlicet VI. Kalend. Aprilis, de pensione prefate domus ordinaria consolatio seu Pytancia tribuatur; & quod eodem die vigilie mortuorum & missa pro defunctis in commemorationem anime mee ac progenitorum meorum, nec non omnium fidelium defunctorum devocione debita celebrentur. Residuum vero pensionis per manus custodis, ad nutum tamen prelati qui pro tempore fuerit, ad ornatum necessarium maxime librorum fideliter dispensetur. Adiectum fuit preterea, ut si memorata domus per prelatum vel prelatos sepedicti Monasterii vel etiam per quemcunque inposterum meliorata fuerit, hoc ordinationem supra scriptam nullatenus debeat impedire. Et ut ea que dicta & facta sunt robur obtineant firmitatis, presens instrumentum super hoc confectum Domini Chunradi Prepositi & Conventus sigillis est inviolabiliter consignatum, qui supradicta omnia sub testatione divini iudicii servare ac attendere promiserunt. Huius etiam rei testes sunt, *Chunradus Prepositus*, *Udalricus Brier*, *Chunradus Sacerdos*, *Udalricus Sacerdos*, *Chunradus Sacerdos*, *M. Sacerdos*, *Ulricus Diaconus*, *Heinricus*, *Chunradus Subdiaconi*, *Ulricus Acolitus*; *Otto*, *Heinricus*, *Ulscalcus Scolares*; *Fridericus*, *Ulricus*, *Perchtoldus*, *Trutheli-bus Conversi*; & alii de familia. Acta sunt hec anno Domini MCCLXIII. Indictione VI. datum IIII. Kal. Octobris.

Num. XXIX. Donatio mancipiorum. Ann. 1263.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris presens scripcum inspecturis, quod ego *Wimarus de Jorze* dictus *Frumesil*, pueros omnes quos Diemudis famula mea dicta de Parchusen per Hainricum de Jorze famulum Ecclesie Novecelle genuerit, eidem Ecclesie tradidi dimidios, pro remedio anime mee. Ut autem nullus heredum meorum prefatam Ecclesiam super hac donatione infestigare presumpserit, presentem cedulam sigillo pro-

prio & sigillis eiusdem Ecclesie communivi. Acta sunt hec anno Domini MCCLXIII. quarto idus Decembris presentibus Chunrado eiusdem loci tunc Preposito de Petenpach, *Uolrico de Wolfstorf*, *Wernhero de Chirchdorf*, & aliis quam pluribus.

Num. XXX. Immunitas prædii Gumpetendorf. 1264.

Nos *Heinricus Dei gratia Palatinus Comes Reni Dux Bawarie*, universis presentium inspectoribus declaramus, quod cum *Eberhardus de Poumgarten* ad Ecclesiam Novecelle Frisinge, ob remedium annime sue, duas curias in Poumgarten & quoddam predium in Gumpetendorf tradidit: nos idem pietatis opus commendabile favorabiliter prosequentes, bona eadem in eiusdem Ecclesie possessione, ab omni iure advocatie nostre quocunque nomine censeatur libera & exemta volumus permanere, ne *bone mentis* propositum quod eiusdem Eberhardi effecit intentio, *per nos vel* nostros circa honorem & utilitatem ipsius Ecclesie fructu careat exoptato. In cuius rei testimonium presentem literam conscribi ac in perenne robur nostro sigillo fecimus communiri. Datum in Landeshut anno dominice Incarnationis MCCLXIIII. VII. Idus Jan.

Num. XXXI. Concambium. Ann. 1276.

Acta fragili procedentia de factore casum annichilationis incurrerent longitudine temporum, si non idoneorum virorum testimonio aut liberali memorie apponuntur. Scire igitur cupio universos presentem literam inspecturos, quod ego *Uolricus solo nomine* dictus *Grille de Wihse*, faciens concambium de voluntate & consensu omnium meorum heredum, cum venerabili Domino Ulrico Preposito Novecelle apud Frisingam, ac cum fratribus Deo & sancte Marie nec non sancto Petro ibidem servientibus, dedi *viva voce* ipsis pratum, quod longo tempore iure proprietatis fovi, cum idem pratum predio ipsorum in Thalhaim spectans ad dictum

predium

predium contiguum adiaceret: & ipse dictus Dominus Prepositus ac dicti fratres e contario pratum quod dicitur Talhannern, spectans ad dictum predium eodem modo libere contulerunt. Ut autem tractatus donationis huius concambii stabilitate perpetua muniatur, & tutus ab omnis exactionis impetu perseveret, presens privilegium dicto Domino Preposito ac suis fratribus sigillo nobilis viri *Domini Chunradi de Prisingen* duxi tradere confirmatum, *cum pre nimia humilitate mee persone* sigillo proprio noverim me carere. Data & acta sunt hec anno Domini MCCLXXVI. Kal. Maii. Testes huius rei sunt, *predictus Dominus Chunradus de Prisingen, dictus de Hoholt, Wicmannus de Echingen, Heinricus Preco, Richerus de Echingen, Rodegerus de Talhaim, Cunradus, Uolricus, Fridericus filii eiusdem R. Wernherus Judex*, & alii quam plures.

Num. XXXII. Donatio decimarum. Ann. 1277.

Nos Chunradus Dei gratia Frisingensis Episcopus notum esse volumus presentium inspectoribus universis, quod *Heinricus* liber dictus *Peingen*, in nostra presentia constitutus, omne ius quod se habere contendebat in decimis duarum curiarum & quibusdam agris apud Peingen, in manus nostras ad peticionem & instantiam venerabilis fratris Oulrici Prepositi Novecelle libere resignavit: & nos eandem decimam prefato Ulrico Preposito Novecelle suisque successoribus tradidimus, pleno iure. In cuius rei testimonium presentem cedulam eidem Preposito tradidimus nostri sigilli munimine roboratam. Huius rei testes sunt, venerabiles in Christo fratres, *L. de Tegernse & Chunradus de Wihenstcven Abbates, Otto & Wernhardus ministeriales dicti de Waldeke & Philippus de Waldeke*, & alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini MCCLXXVII. XV. Kal. Ian.

Num. XXXIII. Permutatio feudorum. Ann. 1278.

Nos Chunradus Dei gratia Frisingensis Episcopus constare volumus presentium inspectoribus universis: quod constitutus in presentia nostra dilectus fidelis noster *Otto de Waldek* miles curiam quandam in Zurenhausen sitam, quam predilectus consanguineus noster Dominus Hainricus illustris Comes Palatinus Reni Dux Bawarie a nobis & Ecclesia Frisingensi in feudo se fatebatur habere, & idem Otto ab eodem feudali titulo tenuit & possedit, de consensu & bona voluntate predicti Domini & amici nostri H. & nostra licentia venerabili in Christo fratri Prepositi Uolrico Novecelle in Frisinga, permutationis titulo, pro quadam alia curia eiusdem Monasterii Novecelle sita in Perkhaim, & quadraginta sex libris denariorum Monacensium tradidit, cum universis suis attinentijs, libere sibi suisque successoribus & *perpetuo possidendam*; resignatione iuris feudalis eiusdem curie ab eodem *Ottone* in manus Domini H. illustris Comitis Palatini Rheni Ducis Bawarie & a prefato Domino H. in manus nostras ut moris est, debito modo facta. Nos etiam conditionem prefati Monasterii volentes facere meliorem, proprietatem eiusdem curie in Zurnhausen de consensu nostri capituli tradidimus predicto Monasterio Novecelle & fratribus ibidem Deo servientibus, pro suis usibus perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium presentem cedulam placuit sepe dicti Domini & amici nostri H. illustris Comitis Palatini Rheni Ducis Bawarie, nostri & capituli Frisingensis sigillorum munimine roborari. Acta sunt hec Frisinge anno Domini MCCLXXVIII. pridie nonas Aprilis.

Num. XXXIV. Examinatio testium. Ann. 1278.

In nomine Domini amen. Ego Sifridus Viceplebanus in Gosheim notum facio tam presentibus quam futuris, ad quos perveneris

venerit presens scriptum, quod ego anno Domini MCCLXXVIII. in die sancti Mathei Evangeliste, adsistentibus michi viris discretis, videlicet fratre Heinrico dicto de Heburch procuratore Dominorum Novecelle in Frisinga, & villico dicto Niblunch, procuratore illustris Domini *Ludovici Comitis de Otingen*, & aliis quam pluribus fide dignis, omnes plebanos & subditos meos in villa dicta Gosheim sub attestatione iuramenti *tacto Evangelio*, requisivi super trium curiarum decimis in eadem villa sitis, de quibus questio vertebatur cui potissimum deberentur. Illi vero in animas suas sunt professi & unanimiter responderunt, a temporibus retroactis a suis progenitoribus audisse & propriis oculis sepius se vidisse, quod decime supradicte ad Cellam nove structure in Frisinga, cum omnibus suis iuribus pertinerent. In cuius rei testimonium eiusdem & noticiam pleniorem, presentes conscribi feci & quia sigillum proprium non habui, sigilli Domini *Chunradi Decani de Mawnheim*, munimine roborari. Datum in Mawnheim anno Domini MCCLXXVIII. in die sanctorum Simonis & Iude. Huius rei testes sunt, *Heinricus de Epinspurch*, *Bertoldus Villicus de Meringen*, & quam plures alii fide digni.

Num. XXXV. Immunitas curiæ Strazloch. Ann. 1278.

Nos *Heinricus Dei gratia Comes Palatinus Reni Dux Bawarie* tenore presentem profitemur, quod cum fidelis noster de Hagenowe advocatiam curie Monasterii Novecelle in Frisinga dicte Strazloch obtineret a nobis titulo feodali, ipse eandem advocatiam & quicquid competere ei poterat in curia memorata in manus nostras voluntarie & libere resignavit, & nos dilecti nobis Prepositi dicti Monasterii precibus inclinati, ad altare sancti Petri ibidem delegavimus: ita ut dicta curia ante dicti Monasterii ab omni iure advocatio sit de cetero libera & immunis, & nihil penitus nobis pro defensione eius prestabitur, sed ob salutem nostram

&

& progenitorum noſtrorum ipſam gratuito tenebimur defenſare. In cuius rei teſtimonium, dicte Eccleſie preſens porrigimus inſtrumentum, datum in Friſinga anno Domini MCCLXXVIII. in vigilia ſancti Laurentii.

Num. XXXVI. Donatio ædium memorabilis. Ann. 1280.

In nomine Domini amen. Quoniam humane conditionis opera in oblivionis precipitium deducitur, opere precium dinoſcitur, ut ipſa facta ſigillorum munimine roborentur. Noſcant igitur tam preſentes quam futuri temporis ſinguli ac univerſi, quod nos Uolricus Dei miſeratione Prepoſitus & Conventus Novecelle Friſingenſis civitatis piis ſacre ſcripture exhortationibus, Heinricum dictum Abel & Irmgardim uxorem eius nobis familiares, mediante gratia Spiritus ſancti induximus ut propria & terrena deſpicerent, & communia ex hoc nec non celeſtia poſſiderent. *Qui noſtris ſacris* perſuaſionibus acquieſcentes, aream cum domo lapidea *ſuper* edificata in civitate predicta nobis & Eccleſie noſtre perpetualiter tradiderunt: tali modo ut ipſi viventes predictam domum a nobis ſub annuali cenſu videlicet XXX. Monacenſium uſualis monete poſſideant, quos in feſto beati Corbiniani nobis perſolvere non obmittant. Inſuper lectos quos predictus H. ante contractum cum Irimingarde uxore ſua habuit, ſub tali forma ſicut & domum nobis & Eccleſie noſtre ordinavit. Preterea devotioni eorum cupientes aliquo modo reſpondere ex communi conſilio deliberavimus, ut ipſi pro tempore vite ſue VI. ſal. fil. IIII. ordei & duo tritici, IIII. urnas cereviſie nec non porcum tres ſolid. valentem & XXX. caſeos annuatim a nobis recipiant tempore congruenti: poſt obitum vero predictorum videlicet H. & Iriming. ſingulis annis miniſtrabitur Conventui honeſte in vino & pane, & predictus Conventus fratrum faciat pro ipſis quantum pro benefactoribus Eccleſie fuerit faciendum. Nulli ergo hominum amicorum

rum vel heredum si quos habuerint, predictam pensionem decedentibus ipsis, a nobis requirant, cum de premissis omnibus nobis tunc liceat agere quod nobis & Ecclesie nostre visum fuerit. In cuius rei testimonium presens scriptum ipsis contulimus sigillis nostris fideliter insignitum. Acta sunt hec anno Domini MCCLXXX. IIII. Idus Ianuarii.

Num. XXXVII. Vitalitium. Ann. 1281.

Nos Uolricus Dei gratia Prepositus Novecelle scire volumus universos tam presentes quam futuros, quod nos de communi consilio & favore nostrorum confratrum, accepta libra Monacensium denariorum quos redegimus in usus Ecclesie nostre, predium quoddam situm in Adelzhusen contulimus seu locavimus Hermanno & uxori sue Mechtilt, quoad vixerint pacifice possidendum; tali videlicet adiecta conditione, ut predictus Hermannus & uxor sua nobis & Ecclesie nostre singulis annis in festo beati Michaelis medium talentum Ratispon. & VI. den. persolvere non obmittant. Post obitum vero predictorum Hermanni & Mehtildis prefatum predium ad nos & ad Ecclesiam nostram spectare, sine omni impetitione amicorum vel heredum suorum si quos habuerint, libere dinoscatur. Cuius rei testimonium presens scriptum est, datum anno Domini MCCLXXXI.

Num. XXXVIII. Immunitas. Ann. 1290.

Nos *Otto Dei gratia Palatinus Comes Reni Dux Bawarie* presentibus profitemur, quod donationem factam per karissimum patrem nostrum Dominum Heinricum quondam illustrem Ducem Bawarie divine memorie, Monasterio Novecelle apud Frisingam, de Huba sita in campo Frisingensi, quam olim *Hiltprandus de Tuuing* possidebat, ratam habemus; & de karissimorum fratrum nostrorum beneplacito atque voto presentibus literis approbamus:

volentes quod predicti Monasterii Prepositus & Conventus eundem habam cum omnibus suis iuribus & attinentiis in remedium predicti patris nostri defuncti & aliorum progenitorum nostrorum perpetuo debeant pacifice proprietatis titulo possidere: In quo prefati Prepositus & Conventus qui pro tempore fuerint, preter communium orationum suffragia prelibati patris nostri anniversarium, cum nostra & progenitorum nostrorum commemoratione speciali: quo magis eisdem ad singularis defensionis gratiam teneamur: singulis annis certo die perpetuo debeant solempniter celebrare. In quorum omnium testimonium atque robur presens instrumentum eis tradidimus, maioris nostri sigilli robore communitum. Datum in Lantshut anno Domini MCCLXXXX. feria quinta ante dominicam quasi modo geniti.

Num. XXXIX. Precaria. Ann. 1293.

